



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria VI. post Dom. Palmarum. 35. Agitur de Passione & morte Domini
nostri Jesu Christi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

vultis, eccellam vobis à Lipomano fat bene conceptam: S. etenim Senecio, Juda dexteriorem mores, prudentiam & agendi consuetudinem fati gratam in similibus negotiis sapius expertus fuerat. Atque ideo vade, inquit, fili mi Juda, tu etenim præ cæteris mihi videris huius muniti obundo aptissimus, alias enim te eodem sine ad alia loca amandavi, & semper res meae felicissime cesserunt: *Ex causa id fecit, quia prudentiam Juda filii jara expertus erat & præcipue, cum excusationem ageret de adducendo Davi ad Iosaph.* Eadem fuit Saulis in agendo negotio suo prudentia, licet alias imprudens tum se semper exhibuerit, Samuelem enim refusum volebat, & non alium, quia eum, quamdiu in aula sua vixerat, fidelem semper expertus fuerat, & quotiescumque in occurrentibus gravibus momenti negotiis eum consuluerat, ejus sepe quod arbitrium prospere semper agebat, & quicquid ab eo prædictum fuerat, re ipsa & in cunctis adimpleri semper viderat: *voluit Samuelem (inquit Abulenſis) quia ipse prædixerat ei omnia, quæ futura erant sibi, quali diceret: Nunquam in consilijs, & futurorum eventuum varijs deprehendi aliquem Samuele meliorem: ac proinde alium ejus loco substitutum minime desidero.* Et ecce vobis primæ quoque difficultatis punctum resolutum. Gabriel Archangelum legatum ad Mariam V. mirtitur, quia utilis & expertus in legationibus suis eratam nunc ad Daniele, nunc ad Zacha-

riam, nunc ad Annam submissus fuerat. Age dum igitur, ita videor mihi audireloquentes tres personas divinas. Gabriel est summæ dextertatis & experientiæ, estque omnibus ad bonum legatum requisitis conditionibus influitissimus, ac proinde munus sibi à nobis impositum exactissime exequetur. Est conceptus hic Abbas Franconij, qui ait: *Eligitur nuntius Francon. unus ex multis millibus, tanto Rege dignus, tanto Abb. ro. 6. mysterio idoneus, tam amica legationis peritissimus, de gratia.* Atque hæc eadem causa est cur Christus ad solvendum jumentum duos ex discipulis suis Petrum nimirum & Philippum miserit: *Mitte duos discipulos etc.* In alijs scilicet occasionibus sapius tentatos & approbatos, omnes Magnates per hoc instruens quod ad obeunda quævis munera nunquam eos mittere debeat, quos aptos & prudentes esse certo non cognoscunt, sed tales deputent, quos in similibus muneribus administrandis alias & alibi bonos fuisse comprobant, qui videlicet justitiam in regimine suo inviolabiliter observant, salvamque semper & illæsam cum subditorum satisfactio, ne conservant Principis sui autoritatem & æstimationem, sic enim subditi consolati optimeque contenti vivunt, magnamque habeant cælo gratias referendi occasionem, quod talem sint nacti Principem qui subditis suis potius quam sibi prodesse satagat, *quis que potius vult prodesse quam præesse.*

SE R M O XXXV.
IN FERIAM SEXTAM
PARASCEVES.

EX quo sterilissima nihili viscera ab omnipotenti Creatoris verbo fecunda pulchrum mundi partum ediderunt in lucem, nulla unquam visa vel audita est tam funesta tragedia, nec ullum tam lugubre spectaculum, vel tantam secum truculentam & barbariem subinferens eventus, cuius maoris planctus debeat tributum, quam sit amara illa quæ inter tenebrarum horrores hæc voce representatur **J**esu Christi Filij Dei

mors & Passio. O insultam nocte! o funestus eventus! Ergone magni Dei Patris unigenitus Filius ab ipso met homine illatam sustinuit mortem, ut homo vitam recipiat? Ergone pro vili creatura diris clavibus in aspero crucis ligno configetur Rex Angelorum & Dominus universi? Ergone verum est quod ad extinguendam flammam inferni, ne totus mundus exardeat, lacus quidam fieri debeat ex sanguine Filij Dei? **O cor meum quousque excessus**

fius dolor, qui intra viscera reclusus te affligit & opprimit, hocce oculos impedit, quo minus ingens quoddam lachrymarum mare effundentes amaram Domini mei mortem desicant? Plangent cœli & Elementa, plangent omnes Creaturæ, in mœstiam transformentur Angelorum lætitiæ, mutetur in afflictionem eorum Jubilus, cantus in planctum, gaudia in lamenta: (Tu Domine excessisti factis, excedâ verbis, dicam cum stupore & tremore, excessisti supra modum omnis justitiæ metas, & dum nimis videri vis justus, plus justo factus es justus: Imò si dicere audeam præ nimia justitiâ (nisi quia Deus es) dicerem utique, quia apparet in-justus, exclamabat olim B. Archiepiscopus Valentianus. Ubi etenim justitiâ suos unquam terminos visâ est excessisse, ut tamen justitiâ esse perseverare? Quis unquam justum esse audivit quod filius Principis pro servo, innocens pro reo mori debeat? (Quanam est justitiâ, ut filius moriatur pro servo, innocens pro reo, omnipotens pro vermiculo? An non plus ponderat iudicij hujus pœna, quam culpa? Non plus redditur offensio quam debitum fuerit? excessus iste est, nō æquitas, quomodo erit justitiâ

Idem ibid.

2. Enim verò dum justitiæ rigorositatem, & ministrorum truculentiam & ferocitatem considero, attonitus, & veluti extra me raptus vocem mihi deficere sentio, impalescere vultu, labia arefieri, innodari linguam, cor palpitare, vacillare spiritum, cadere brachia, omnes denique vires meas debilitari vivacissime perentisco, vires, inquam, in me debilitantur, quia Atlas, qui mundum sustentat, concidere videbitur sub gravi pondere crucis; Brachia concidunt mihi, quia in aspero crucis ligno transfigenda video brachia sive manus Regis cœlestis. Vacillat spiritus quia semiextinctus erit spiritus filij MARIÆ: Palpitat cor meum, quia lancea vulnerabitur cor Redemptoris; Hæret lingua quia lingua Jesu tacebit. Labia mea exardescunt, quia labia verbi æterni ex propinato felle & aceto amarefcere incipient. Impalescit vultus, quia decora solis justitiæ facies eclipsim patietur. Vox denique totaliter in me deficit, quia deinceps non audietur amplius vox cœlestis pastoris Paradisi pascua nos advocantis O Deus meus, quo sine adhibetur tantus excessus rigoris, etenim justitiæ limites excedere, à justo recedere & abire est: O inextimabile divinæ severitatis rigorem (replicabat ibidem idemmet B. noster Thomas) quia homo deliquit, occiditur

S. Thom. à Villa Nova ibid.

Deus, & pro quadam hominis culpa Filius Dei unigenitus morte multatur, quid hac severitate feverius? quid hac justitiâ humano sententiâ rigidius? Nulla potest esse creatura, si sensibilibus illa, si in sensibilibus sit, quæ inimici doloris & afflictionis suæ signa non edat. Angeli namque desolati esse cernuntur, obscuratur cœlum, Sol suos mundo radios subtrahit, Luna sanguinea efficitur, disparet stella, perditur ignis calorem, terra licet immobilis sit timet, contremiscit, transparentiam & diaphanitatem suam adæferit, mugiunt horribiliter venti, & sistuntur & hærent flumina aquarum, in sylvarum se latibula fera recipiunt, abeunt pascuis armenta, scinduntur petreæ, velum templi dilaceratur, monumenta aperiantur, resurgit mortui, infernus conturbatur, dies fusco vobis obnubitur quia sol ipsorum extinguitur, Ecclesia Sponsam suam amittens vidua efficitur, pullo colore Mariæ induitur, quia unigenitus Filius ejus moritur.

3. Ecquid igitur inter tot lugubres finestrosque eventus adoriar? quodnam amplius sum consilium, dum crudelitatem adversus mansuetudinem conjurasse video? Ergone ab hac crudeli Cice innocens Jesus persequutionem patietur ut David, vendetur ut Joseph tradetur ut Amala, capietur ut Goliath, accedabitur ut Abner, illudetur ut Eliseus, demorabitur ut Jerem. percutietur ut Michæas, crucifigetur ut Machabæi, suspendetur in ligno ut serpens, occidetur ut Abel, Lanca transigetur ut Absolon, & ut Jonas sepelietur? Quomodo interea pro auxilio habendo confugiam, ut dolores incomparabiles, & mortem ipsamet feritate truculentiorum vobis representare possim? Non ad Patrem æternum, hunc enim ob gravia peccata nostra video esse itatum: Non ad Spiritum Sanctum, quia hac nocte destruentem præ video illius templum: non ad Virginem quia afflictam illam esse conspicio & desolatam Non ad Angelos, quia multi lachrymantur, Non ad Apostolos quia imbecillosi sunt & fugitivi: Atque ideo cum nullam valeam invenire mihi propitiâ creaturam, ne stabulum quidem, ad victum hoc crucis lignum confugio, ad hanc arborem sanctam ad crucem hanc gloriosam, vitæ nostræ fulcrum, & unicam salutis nostræ spem arque fiduciam.

4. Verum enim verò quomam me etiam infelicem convertio, à quoniam auxilium deprecare statuo? Num foris à cruce inimica nostra? Num.

qui pendet in te, Jesus. Sancta Crux esto nobis auxilium nunc & in hora mortis nostrae, Amen.

PARS PRIMA.

5. Passio Domini nostri Iesu Christi Passio: Imò vero, sed Domini nostri Iesu Christi. Passio crudelis, sed Christi benigni; Passio injusta, sed Christi iustissimi; Passio truculenta, sed mansueti cuiusdam Dei; Passio odio plena, sed Iesu puri merique amoris. Passio Domini nostri Iesu Christi. Passio adeo amata & lachrimosa, ut Redemptorem nostrum doloribus plenum excrucians, animam quoque transfixerit Mariæ V. Nam ut S. & Seraphicus Bonavent. contem-

D. Bonav. ap. Ant. de Escobar. t. 1. l. 3. c. 4.

platur, Filius Dei Passioni suae daturus initium, ipsique morti obviam processurus, charissimæ suæ Genitrici valedicens ab eadem abeundi potest licentiam. Discessurus Dominus apud Beathaniam Deipara valedicit. Unde hic Senioris Simonis prophetiam adimpletam esse existimo: Tuam ipsius animam pertransibit gladius, Luc. 2. Hoc est amarissimus dolor compassionis, quo anima tua implebitur, cum videris filium tuum occidi & persecutiones pati. O quam dolorosus erat ille gladius ictus dum virgo filium se hunc in modum alloquentem audivit. O dilectissima Mater ab æterno Patre pro mundi Redemptione determinata, in proximo nunc appropinquat atque ideo paulo post me factum esse videbis signum, in quod omnia flagella collinant: Hæc comâ mea ex aurea in sanguineâ atrociter commutabitur, nec jam gemmis, sed spinis coronabitur, quæ dolorosum mihi diadema facient. Hæc facies mea à percussione, indeque expresso sanguine adeo deformabitur, ut illam cognoscere nequaquam valeas. Ad hanc carnem meâ profcindendam præparantur ferra, suntque ad hoc in promptu omnes ministri, ac proindemox illam in mille partes dilaceratam videbis, lactis loco, quale mihi in tenella infantia portrexisti bibendû, Hebræi pro sitis meæ quam passus sum refocillatione quadam, sel mihi ministrabant & acetum, ac tandem me in cruce languentem conspicias & moribundum, nec tamen minimum adlescere mihi refrigerium valebis. Quapropter ô dilecta mater tanto minus tunc dolore cõficiare quanto nunc prævisi vulneris dolor præcognitionem remittitur. Enimvero in hoc tristi meo à te recessu omnes peccatores tuæ protectioni committo, quos ut pietatis tuæ oculis respicere digneris enixè exopto:

Dionys. Carth. ib. 4. 7.

Avrite oculos tuos à me ad fratres & filios meos.

Nescid enim hæc est illa quæ Domium nostrum crudelissimè affligit? Nunquid ipsa est liquor istud quod lachrymas nobis subministrat? Nunquid ipsa est quæ incarnati Dei carnes dilacerabit? Nunquid hæc est quæ veluti gladius cor Mariæ doloribus transigit? De quoque nunquid crux est patibulum illud in quo viri nostra morte extinguuntur? Apage, apage, ignis, ô crudelis inimica, immane lignum, crux truculenta. Verum cheu me itulcum! quænam est illa de qua loquor? infansione an somnatio? Nunquid tu, ô crux illa ipsa es, quæ eccruciant nobis aperis, iram Dei placas, claudis infernum? Nunquid tu lignum istud in quo triumphas victus, victor verò extinguitur? Nunquid tu es illa per quam bellum in pacem, terra in oculum convertitur? Hæc discordia amputatio est, hæc pacis firmamentum: Crux est clavis Paradisi, hæc Christi aorum, errantium via, claudorum baculus, consolatio pauperum, spes desperatorum, peritiam totum portus, tribulatum requies. Ecce igitur tibi, ô Christiane inclutum illud lignum nostræ vexillum, in quo trophæa, honores coronæ, & victoriarum nostrarû palma suspenditur. Ecce tibi Arcâ Noë, baculum Elisei, Moyses Cathedrâ, virgam Aaronis, fasciculum manne inter tubera sponsæ, Isaac lignum, (Tu quæ æterni Reges victoria, & cœlestium militum arma; tu peccatorum es remissio, pietatis exomino, & mentorum augmentatio, tu in firmo, in medio, laborantium auxilium, & laborantium genium.) Ad te igitur me convertito, ad te, tibi me inclino.

O Crux sancta micans super omnia sidera cœli qua sola reportas Avitum vitam
Tacebo, te facior, venerans te pronus adoro,
Christus Principium, finis, surrectio, vita,
Maree, lux, requies Sanctorum, dona, corona,
Pro servis Dominus redimendis hostia factus,
In te suspendens per lignum coxica ligni
Purgavit, clausa reterando limina vita.
Laba mea tu moveas, tu linguam meam diti-
ga, voci meæ vocem suggere virtutis, tu du-
tum hoc cor meum proinde, in flamma spiri-
tum meum. (Crux esto refugium nostrum &
viam illuminans mentes nostras splendoribus
cuis, in flamma cor nostrum ardoribus tuis, ro-
bona vires nostras virtutibus tuis.) Te te ven-
turalis, dicendo: Ave Crux doloribus ple-
ca, Dominus crucifixus erit tecum, benedicta
pauca ligna sylvatum, & benedictus fructus,

Handwritten notes in the right margin, including the word 'medicab' and other illegible characters.

*Cant. c. 5. Ne claudas illos, transfer maternam pietatem à me
Guil. Paris. in meos : Propter ipsos avolarvi à te ut avertas o-
culos illos tuos maternos à me, ut à me in meos
Escobar ubi transferas tenevitadinem maternæ pietatis Unde
supra.*

Gen. 37.

qualis fuit Filij erga Matrem compassio, quam
que tener & delicatus fuerit Matris erga Filium
suum affectus, nulla valet lingua, licet Angeli-
ca pro viribus sufficienter explicare. Interim
virgo voce per suspiria inter cisa lachrymaeque
confundens & commiscens cum verbis, hunc
in modum Filium suum alloqui cœpit. O
mi amantissime Jesu, quam funesta nuntia tu
mihi recensens! Eheu quamnam sunt illa cor meum
vulnerantia fulmina! O te Jacobe felicem, qui
nil præter Josephi tui vestem sanguine com-
maculatam vidisti: ego autem dilecti mei hu-
manitatem rostro cruore conspersam, & ferris
dilaceratam videbo.

2. Reg. 18.

6. Fortunatus es ô David, qui Absolonem
Filium tuum tribus lanceis transfixum, & è
queru suspensum & pendulum, non vidisti
mihi soli hæc spectacula videnda reservantur,
quando oculis proprijs visura sum filium meum
tribus clavis ligno affixum, & lancea vulnera-
tum. Tui quidem oculi ô Agar sustinere neu-
ti quam potuerunt, ut viscerum tuorum pignus,
filium scilicet tuum siti morientem videres, ego
autem inter omnes matres dolentissima dilec-
tum meum præ siti videbo contabescentem,

Gen. 21.

nee tamen ullum mihi permittetur ei adferre
refrigerium. O speculum animæ meæ ô lu-
men oculorum meorum! ô unica spes vitæ
meæ! *Fili mi, quis mihi det, ut pro te moriar?*
Quamnam barbara manus animas illas disjungit
& à se invicem divellet, quas tam sanctus amor
conjunxit? Eequomodo ô Fili mi me solam
relinquere poteris? Num forrême tibi non fas-
tis fidelem in pœnis sociam fututam esse times?
Justum equidem est, ut cum ego tibi in sinu
meo novem mensium spatio, desideratum non
denegarim hospitium, tu quoque mihi deside-
ratum in cruce concedas receptaculum, verum
tamen quia hanc æterni Patris voluntatem esse
satis probè scio, ideo absit ut eidem resistam, fiat
voluntas ejus, benedicti sint labores quos pro
te passa sum, benedictum lac quod tibi bibe-
ndum propinavi, benedicti novem illi menses,
quibus te in sinu meo portavi. Benedictus sit
Pater æternus & Spiritus sanctus, in cujus vir-
tute, in hunc mundum ego te genui. Porro in
ter hæc verba lachrymatur Filius, quia deserit
Matrem, manet quoque ex animis Mater, quia

filius ab ea recedit, absque ulla spe eum revide-
di, nisi inter afflictiones, vel in cruce mori-
dum aut mortuum. Enim verò mulier illa Ro-
mana videre non poterat abeuntem filium,
quin & illa mox eundem post tergum sequen-
tur, spontaneam à patria sibi indicens exitum,
si quidem minus grave esse existimabat: *Exi-
mum pati*, quam jacturam filij. Quilibet igitur ve-
strum consideret, quam in simili ab invicem di-
cessu graves fuerint dolores Jesu & Matris, ite-
rea verò versus urbem Hierosolymitanam
me recipiam, profecturus per omnia loca Do-
minum, ut mysterio fas illius actiones deo
obervare valeam.

7. Porro tempus jam advenerat, quo no-
vo adveniente Veris trimestri solemni quoque
cum cæremonia renovandum erat Pascha. At
proinde, de loco ubi id celebrandum esset à di-
scipulis suis interrogatus Dominus, respondit
eisdem: *Ita in civitatem & occurret vobis homo
amphoram aqua portans sequimini eum in domum
quam intrat, dicite Domino domus: Magister vester
tempus meum prope est, apud te facio Pascha.* Luc.

21. Porro hominem hunc, quem discipuli ob-
vium habituri erant, non nominat proprio no-
mine, sed tantum dicit: *Occurret vobis homo*. Et
causa hujus est juxta Theophylactum in e. 11.
Luc. ap. D. Th. in Cat. *Ne proditor cepit
nomine domum vanderet Pharisæi, qui venientes
cepissent eum priusquam cœna fieret, & spiritalia
mysteria discipulis traderet, sed quibusdam indicit
in quandam domum diriges eos.* S. AMBR. au-
tem in ea est opinione, quod Christus hominem
istum proprio nomine non appellaverit, quia ho-
mo idiota & ignobilis erat: *ideo sine nomine de-
signatur, ignobilis estimetur.* O Superbia huma-
na erubescet & confundere, si quidem vilitatem
humilium contemnens oculos tuos ad nihil ali-
ud quam in vanas excellentias & dignitates
dirigis & deflectis. *Dignationem eius imitare,
quia non persona divitiis aut potentis eligitur, sed
pauper ambitur, & angustium hospitium pauperis,
amplius nobilium adibus anteferitur.* Insuper Ma-
gister discipulis suis in ejus domo se cœnam in-
stiturere velle indicat, quem hydriam aquæ in
manu sua portantem videbunt: (Non nomen, sed
non personam, sed lagenam aquæ portantem in
explicasse contentus,) inquit Paulus de Pala-
tio. Verum quamnam est convenientia inter
aquam, quæ mœstitiæ symbolum est, & inter
Pascha, quod est tempus solemne cum lætitiâ
conolebrandum? nunquid convenientius vi-

nam portasset, quod corda nostra laudandi virtutem habet. Ludolphus Carth. p. 2. c. 53. re-
 spo dicit (Tulit amphoram, seu lagenam aquæ,
 ut in crato festo haberet: apud se aqua expiatio-
 nis, qua mundaret se & significat quod ubi Chri-
 stus cœnatus est lagena aquæ lachrymarum
 in expiationem debet præcedere.) Unde existim-
 o quod hac actione nobis significare voluerit,
 quod priusquam ad SS. Sacramenti cœlestem
 mensam accedamus, animam nostram prius a
 quæ lachrymarum purificare debeamus. Tan-
 dem ergo Petrus & Joan. ad cœnaculum præ-
 parandum abeunt, & civitatem ingressi homi-
 nem illum qui vas aquæ in manibus portabat,
 obrium habent, cuius Magistri sui intentio-
 nem exposuerunt: *Euntes autem invenerunt, si-
 cut dixit illis. Et preparaverunt Pascha.* Luc. 22.
 Christus autem hora à se determinata ingressus
 est cœnaculum, in eoq; una cum duodecim A-
 postolis mensæ accubens hunc in modum lo-
 qui cepit: *Desideravi hoc Pascha manducare
 vestrum antequam patiar.* Lu. 22. Ubi observan-
 dum est, quod non dicat simpliciter, *Desideravi*,
 sed insuper addit, *Desidero desideravi*, quasi Pa-
 schæ filius duplici desiderio celebrare desideraf-
 set, tum se pro adimplerione legis, tum etiam
 ad hunc aliquod legis Evangelicæ initium:
 Gemmatio verbi notat intentionem duplicis
 desiderij, sc. ut iniat veteris Testamentum, & in-
 tium novum, quod erat sibi in desiderio,) in-
 qui Ludolph. de Saxonia ubi sup. col. 4. Præ-
 sentiam hinc terminis, *Desiderio & deside-
 ro*, nuntur, quia non dicit *cupiditate cupivi*,
 sed *desidero*, cur ita? Scripser quidam differen-
 tiam, quæ inter hosce terminos, *cupiditatem* sc.
 & *desiderium* reperitur, exprimit dicendo, quod *de-
 siderium est de re absenti, & cupiditas de re præ-
 senti*. Et ipsissima Authoris istius verba:
 (Hinc potest colligi aliqua differentia inter de-
 siderium & cupiditatem, nam desiderium circa
 absentia vertitur: Cupiditas verò videtur ille
 affectus qui præsentia objecti non in memo-
 ria solum, sed ipsa in se causatur.) Hoc igitur
 tunc supposito dubium quoddam oritur, nam
 ex quo Pascham præsens erat, & non vici-
 num, quomodo Christus dicit, *Desidero deside-
 ro*, ac si procul abesset? potius igitur dicere
 debuisse videtur *Cupiditate cupivi*. Enim verò
 tunc ingens erat ejus desiderium celebrandi Pa-
 schæ cœnæ, ut tamen præsens esset, ipsi
 tamen una hora mille anni esse videretur, &
 faculum aliquod quodvis momentum: ac
 quædam *Desidero desideravi.* Paoletti *Quadragesimale.*

8. Tandem igitur excessivum Salvatoris de-
 siderium tunc adimpletum est, quando accep-
 tum in manus suas panem in suum Sacratissimū
 corpus transubstantiavit, dicendo: *Hoc est cor-
 pus meum, quod pro vobis datur* Luc. 22. ac
 demum Apostolus id ipsum dispensavit, di-
 cens: *Accipite & dividite inter vos.* O cibum
 valde pretiosum! ô delicatum & suave fercu-
 lum! Celebrent proinde historiographi, quan-
 tum volent cœnas & convivia Luculli, Arta-
 xerxis, Cleopatæ, & Sardanapli, certum
 tamen est, quod eo quod Christus Aposto-
 lis preparavit, nullum hætenus majus mun-
 dus viderit. Unde S. Petrus Chrysológus ser. 1.
*Mensa Paris nos alit virtutis cibo. salutis epulo,
 delictis honestatis & gloria.* Refert Valerius Ma-
 ximus l. 19. quod cum Octavianus Augustus
 in puerili etiam ætate consistens ruri de-
 geret, Aquila panem quemdam, quem ungibus
 sustinebat, in manus pueruli dimiserit, id quod
 omnibus prognosticon quoddam visum fuit, è
 quo futurum esse conjiciebant, eum aliquando
 potentissimum futurum mundi monacham,
 prouti re ipsa postea factum esse noscitur. Por-
 ro Deum nostrum incarnatum Aquilam quan-
 dam esse, Propheta affirmat, dum ait: *Aquila
 grandis magnarum alarum* Ezech. 17. Hic igitur
 dum panem Ecclesiasticum nobis por-
 ngit, dicendo: *Accipite & manducate*, quod-
 dam nobis futuræ excellentiæ & dignitatis pro-
 gnosticon edere voluit. Ita S. Iren. Pelusiota l. 1.
 Epist. 228. dum ait: *Sacramentorum perceptio
 nobis conjunctionem cum Deo conciliat, nosque res
 gni ipsius consortes & participes reddit.* Ac pro-
 inde à S. Dionysio Arcopagita vocatur Sa-
 cramentum omnium perfectissimum. Vel ut alij
 ingeniose transferunt, *Sacramentum Sacramen-
 torum*, quia in omni genere excellentiæ majus
 est omnibus alijs Sacramentis, ad eum modum
 quo Salomon *Canticum* suum intitulavit, *Can-
 ticum canticorum, hoc est, inter omnia cantica su-
 premum*, quemadmodum Sol Rex est Plas-
 nerarum. Unde Alexander Papa expresse deter-
 minavit, quod, In sacramentis & sacrificijs ni-
 hil est majus corpore & sanguine Domini.
 Unde Septimius occasione lumpsit dicendi
 (lib. 2. ad v. Marcion. c. 18.) quod hoc Sacra-
 mentum sit *ciborum ambitio*; cum enim ambi-
 tio nihil sit aliud, quam aliqua suimetipius su-
 pra merita præsumptio, hinc Sacramentum i-
 stud dicitur *Ciborum ambitio*, quia quodvis me-
 ritum nostrum adeo est vile, ut nimis ambitio-
 sus

D. Dion.
 Arcop. l. de
 Eccles.
 Hier.
 Alex. PP.
 Epist. decr.
 De Consec.
 dist. 2.

Handwritten notes in the right margin, including the word "Ambitio" and other illegible characters.

sus merito cenendus foret, qui talis magni-
 ficentia & dignitatis favorem se promovendi ju-
 dicaret. Est etenim beneficium quoddam adeo
 excellens & ingens, ut omnem capacitatem no-
 stram longe excedat. Enimvero occur putatis
 Sacrament. hoc à Doctore Angel. dicitur esse
 celestis gloriæ dignus, vel arrhabonem? *Et fa-
 ctura gloria nobis pignus datur?* Michaël Solonius
 dicit, quod (Pignus est contractus in quo res a-
 liqua mobilis creditori obligatur, & traditur in
 securitatem debiti) atq; ideo S. Th. demonstra-
 re nobis volens, quod Christus SS. hoc Sacra-
 mentum instituerit, & dederit, tanquam pignus
 obligando semetipsum, nosq; de celesti gloria
 affecurando. Antiquis in more positum erat,
 quod dum summam quandam satietatē repræ-
 sentare volebant, juvenem quandam depinge-
 rent in dextera cyathum vino refertum, in sin-
 istra vero quandam spicarum portantem mani-
 pulum. Porro Filium Dei hodie calicis cyathū
 in manu habentem. *Et accepto calice gratias a-
 gens* Euc. Luc. 22. altera vero non quidem spi-
 cas, sed Eucharisticum panem porrigentem vi-
 deo: *Et accepto pane gratias agens, Euc. Accipite
 & manducate:* Marc. 14. idq; non alium ob fi-
 nem, quam ut appetitus nostros satiare possit,
 Cibavit nos Dominus ex adipe frumenti, & de po-
 rra melle saturavit nos. Pl. 80. *In abund. in iave-
 rum omnium:* explicat S. Athan. ib. Porro Archie-
 medes intra modici gyri vel circuli angustias
 celestium sphaerarum immensitatem epilogare
 novitat verò in hoc Sacra. sapientia & omnipo-
 tentia altissimi sese conjunxisse videntur, ad il-
 lum Deum compendiamdum, ad cujus magni-
 tudinem cœli comparati, modicæ quædam cœ-
 hæ vel cochleæ esse videntur. Glorietur igitur
 licet cordatus & animosus Hebræus, quod cœ-
 li ei manna depluerint, majorem etenim glori-
 andi occasionem Christianissimus habet, cui
 datus est panis celestis longe pretiosior man-
 na, qui eidē in sacra altaris mensa opipare præ-
 paratur. factet se quantum volet, quod petra in
 deserto à Moyse percussa & frigidis visceribus
 suis aquæ abundantiam ad extinguendam siti-
 bundi Israelis sitim, emanavit; longe enim ex-
 cellentius quid nobis accidit, quando mystica
 petra Christus tempore imminuentis Passionis ex
 traditione Judæ & perdidia Phariſæica percussus
 famelicis & sitibundis sanguinē & carnē suam
 in cibum & potum subministravit: *In qua nocte
 tradebatur, accepit panē, Euc. 1. Cor. 11. Arrogat
 sibi iudicem arcam se Dei habuisse, in qua con-*

servabatur virga, lex, & manna, quia in accu-
 ratissima hostia verus legislator continetur,
 qui virga est & manna, id est; peccatoribus
 supplicium, iustis autem primum: *So-
 muni boni, sumunt mali forte tamis naquas
 vita interius.* Enim vero postquam illos corpore
 suo cibasset, eorum quoq; spiritus pretiosissimum
 suo Sanguine, sub vini specie illis propinato re-
 focillare voluit: *Hic est enim Sanguis meæ.* Pre-
 ro facti Evangelistæ de hoc sanguine loquuntur,
 non satis inter se convenire videntur: Nam S.
 Matt. c. 26. dicit: *Qui pro multis effundetur.* &
 S. Luc. c. 22. *Qui pro vobis effundetur:* at verò
 ex quo Sanguis Salvatoris pro totius humani
 generis redemptionis effectus fuit, potius dicere
 debebant, *pro omnibus non verò multis.* Respon-
 det S. Thom. S. Mattheum de Sanguine Do-
 mini loqui tanquam sacrificio multis applican-
 do, atq; ideo cum dicit: *pro multis effundetur.*
 at verò S. Lucas de eodem veluti sacramento
 loquitur, quod gratiam solum accipientes conser-
 vac proinde dicit: *pro vobis effundetur.* Ita quidem
 speculativus Doctor exponit dicens: *Ergo hoc
 peculiare est in Eucharistia, quod non modo pro
 summentibus, sicut alia Sacramenta, sed etiam
 pro quibus offertur tanquam sacrificium.* Dionys.
 autem Carth. respondet, quod Sanguis Christi
 effundatur pro omnibus, & pro multis; *Pro omni-
 bus, ipsos quoq; peccatores, l. Judam in eluden-
 do, quantum ad sufficientiam, cum sufficit, in
 mo superabundet pro omnibus; Pro multis, id est,
 pro iustis qui effectivè salvantur quantum ad effi-
 caciã. Pro universis hominibus effusus est Sanguis
 Christi, quantum ad sufficientiam, quoniam quan-
 tum in ipso est idoneus est omnium asserere peccata,
 gratiamq; conferre & gloriam: sed pro solis electis
 effusus est, quantum ad efficientiam, quia ipse dicitur
 tunc Dominica Passionis fructum salvatorum
 sequuntur.* Verum enim verò dicitur hic aliquis,
 ex quo is qui solum corpus Domini nostri acci-
 pit, tantam gratiam recipit, quantum is qui cor-
 pus & Sanguinem simul & semel sumit, cū San-
 guis quoq; in corpore sit per concomitantiam,
 quid opus erat, ut Dominus dato corpore suo,
 suum quoq; Sanguinē porrigeret? Tange hæc
 difficultatem Glof. eandemque resolvit, dicens: *Ob-
 do: (Conveniens etiam fuit, ad significandam
 Dominicam Passionem, ut sub duplici specie
 hoc Sacra. institueretur: In passione enim San-
 guinem suum effudit, & sic Sanguis ejus fuit
 corpore separatus: Oportuit ergo ad Dominicam
 Passi. repræsentandam seorsim proponi panem*

Mich Solon
 de contrav. s.
 Pignorat. f.
 1971.

et vinctum, quæ sunt Corporis & Sanguinis Sacramenta. Vcl etiam dici poterit, quod sicut sequaces & affecta Catilinæ quando adversus Senatum Romanum conjurarunt, (Ex uno eorumq; humani sanguinis poculo biberunt, ut quandoquidem generis abinitate conjuncti essent ex uno sanguine bibentes, unanimes, ut unus essent cordis,) scribit Salustius. Nobilem Filium Dei quod discipuli sui unquam in cer se magno dilexerunt, sed ut semper in vinculo charitatis ad mortem usque conjuncti essent, & licet duodecim essent, quoad indivisibiles amorem supposita, unius tamen inter se cordis essent, ac proinde iidem in hac Cœna prærio- sissimum Sanguinem suum sub specie vini bibendum propinavi dicens: *Accipite & bibite*, Quod illius potio Redemptor noster per illustrationem augustissimi Sacramenti demon- strare nobis voluit, amorem illum quo nos pro- sepebat, minorem nequaquam esse, quæ- Archiduca Regina superbum illud Mausolæum (quod unum fuit ex septem admirandis cœli prodigijs) Mausolo conjugii suo velut sui erga cum amoris argumentum ædificando exhibuit: ut quem in eo testatum fecit quod ejusdem conjugii sui cineres potui permixtos e bibit, ut hæc ratione pectus suam vivam quoddam es- set cœnicæ mariti sepulchrum: Verbum etenim immortatum, ut amoris sui testaretur excellens, sempiternum nobis in cibum & potum libera- toris navi: *Non suum in nos amorem indicare* propter corpus suum se nobis commisit, & in nos nobiscum redigit, ut corpus cum capite uni- tum, hoc enim amantissimum maxime est, inquit Cassianus. Ad hoc Cleopatra suum, quo Marcum Antonem deperibat, amorem, perspicue manife- stans, opportunitorem excogitare adventionem non potuit, quam si quandam maximi pretij margaritam ab acetæ resolutam in ferculorum et apponendorum condimentum adhiberet: at vero Filius appropinquante Passionis suæ tem- pore, in qua nocte tradebatur. Vinum non dil- solvit, sed transubstantiavit in sanguinem, & quæcumque vivam verumq; corpus suum, illudq; Apollolis suis ministravit: *Accipite & mandu- cate, hoc est corpus meum.* Cedat igitur amor Cleopatræ erga M. Antonem amoris Salvatoris, quem hoc mylerio testatū fecit universo mun- do. Verum, inquit, quænam sunt hæc à Divina Sapientia & omnipotentia ad suum erga ho- mines concessandum amorem adinventæ me- dia? Numquid alios in hunc finem adinvenit

modos potuit? Non est dubium quin multi a- lij adhiberi à Deo potuissent. Olearter in Ge- nesi interrogat, cur Deus mulierem ex quadam Adami costa formare voluerit: *Cumque obdor- misset, tulit unam de costis ejus, & edificavit mu- lierem.* Cur illam non potius de terra, ut homi- nem, vel ex alia etiam materia formare voluit? Respondet Olearter, id à Deo factum esse, ut Adam omne bonum suum in Eva collocaret, eamque præ quavis aliare terrena diligeret, ut- pote qui eam veluti sui ipsius partem quandam esse recognoscebat: *Ideo fecit eam ex costa Ada, ut veluti quid suum eam diligeret.* Et S. Tho. ait: Ex viro formata est mulier, ut vir magis mu- lierem diligeret, dum cognosceret eam esse pro- ductam, neque enim Adam minus facere pote- rat, quam ut eam amaret, quam aliquid sui esse recognoscebat. Enim verò Christus nobis non unam tantum sui partem, sed semetipsum totum corpus se Sanguinem, animam, & Divi- nitatem, donavit, ut se nobis sacramentaliter incorporando, postea nos aspiciens, & semet- ipsum totū in nobis videns, nos continuo & in- cessanter amaret. At facile hic quis in contrariū argumentari poterit, dicendo, quod si Christus nos tanto cum fervore, ut diximus, dilexisset us- que, ut SS. Sacram. in nostrā utilitatē citius in- stituisset, nimirum in principio vitæ, nequaquā verò ad usq; mortis suæ punctum id facere dis- stulisset, ut proinde S. Joan dicat: *Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos: in finem, quod argumentum fortius adhuc ligat, si consideremus quod amor moras nesciat, sitque omnis traditionis impatiens: Non sustinet moras.* Verum tamen difficultas hæc, per quandam S. Pauli doctrinam adducendam facile dissolvitur: Nam ad Cor. scribens, dicit: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit, more tuo vero marito, nulla in ea superest ad matrimonium spectans obligatio: Quod si dormierit vir ejus liberata est.* Matrimonium igitur in quo maritus & uxor sunt duo in carne una, ad mortē usq; durat. At verò quid est SS. Corporis Christi communicatio aliud quā aliquod animæ cum Christo contractum sponfalitium: *In me manet, & ego in eo: Erunt duo in carne una.* Atq; ideo Christus juxta nostrum intelligendi mo- dum, ita intra semetipsum discurrille videtur: Quod si ego cibi corporis mei in hac vita insti- fluero, homo sibi imaginari facile poterit istud amoris vinculū non nisi ad mortē usq; nō verò post

Olearter ibi.
D. T. 1. p.
9. 29. art. 2.

Joan. 15.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 6.

Joan. 6.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licet" and other illegible characters.

post mortem sese extendere: quod absit credere: Quapropter id ipsum non in vita, sed imminente jam morte insituere volo, ut cognoscat mundus, me homini amoris nexu etiam post mortem colligatum esse velle, ut sit amor quidam sine fine ardens: amor etenim ex morte mea vitam accipiet, & ubi vitæ meæ cursus definit, ibi inter amoris flammam velut alter quidam Phoenix renascetur mea erga hominem charitas: *In finem dilexit eos Salvator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit, in quo divitiis divini sui erga homines amoris velus effudit,* determinat Concilium Tridentinum. Equis autem nescit, quod amor corda nostra subingrediens, omnium aliarum virtutum comitatum secum adducat, præcipue verò fortitudinis societatem, ac proinde Sponsa dicebat: *Fortis est ut mors dilectio.* Unde Eucharistia amorem Dei erga nos exprimit, nostrisque animis fortitudinem quandam & robur spirituale impertitur, si forte ex sinistro aliquo accidente obvio dejecti & prostrati essent. Atque ideo Christus Apostolos sub huius noctis initium per sanctissimum hoc Sacramentum confortare voluit, ne vel ex perfidia Pharisaica vel Sathanicis tentationibus infestati animum desponderent, vel metu aliquo perecllerentur. Porro inter cætera salutaria monita, quæ nos ars militans docet, hoc quoque unum est (Si forte castra tua hostiū castis propius conferte, aut aliter ad hostem accedere cogaris, priusquam moveas, miles tuus cibum capiat, ne forte præventus jejuniis arma cogatur arripere & pugnam inire: Quare neglecta, male sæpius pugnatum est, milite viribus ob inediam destituto, præsertim ubi prælium non levi certamine, sed graviter toto die peracto venit ad exitum.) Idem quoque monitum Concilium Carthaginense ad Cornelium Papam Epistola 54. toto Christianismo dedit, quod attinet ad inimicos nostros tam spirituales, quam corporales, dum ait: (Quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquimus, sed protectione Sanguinis & Corporis Christi muniamus, & cum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra adversarios volumus, munimento Dominice saturitatis amemus.) Ideo Constantius Imperator nullum unquam cum hoste aggrediebatur certamen, nisi prius totus ejus exercitus, sacra esset Communione refectus & roboratus. Carolus Magnus priusquam cum inimicis suis manus confereret,

sanctissimum Sacramentum in auxilium invocabat, dicens: *O salutaris hostis, qui Casti panis ostium, Bella premunt hostilia, Da rotem, sit auxilium.* Priusquam Moyses cum Amorrhæis confingeret, voluit totum suum exercitum munari, quæ figura est sanctissimi Sacramenti, cuius David prælium adorti soluit, nisi ab Achimelech sacerdote panem prius & ensem impetisset: (Non modo panem ab Achimelech accepit David, sed & gladium (inquit sanctus Hieronimus & Joannes de Pina Ethol. 448.) Non panis hic Eucharistiam protendit, non solum accepit arma scilicet gladium, sed etiam panem Eucharisticum, quia hoc Sacramentum non modo cibum animæ & alimentum ministrat, sed etiam arma addit, quibus nostrorum inimicorum phalangem possimus fugare.) Saul voluit imprudens reprehensus est quando priusquam cum Philistæis pugnam iniret, omne ciborum genus is fumere prohibuit. Ac proinde quando Deus Israëlitis exercitus vires debilitate voluit, omnem illis panis annonam & provisionem ademittit: *Et vocavit famem super terram, & omne firmamentum panis contrivit.* Cuius quæ verba Hugo Cardinalis ibidem dicit (consumpsit omne triticum, & omnem materiam unde poterat fieri panis, Et dicit firmamentum panis, quia panis est firmus cibum ad abscutu, quia firmitatem subministrat, atque vigilem.) Hic est panis ille de quo Regius Propheeta loquebatur, dicens: *Panis cor hominis confregit.* sicutque à Sancto Hieronymo in Psal. 77. appellatus: *Panis fortium, quia robustus facit.* *Et vires integrat,* inquit Lornesia cap. 16 Sapientia, Atque ideo magnus ille Carmeli Patrum & Propheta Elias: *Ambulavit in fortitudine cibus illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Ehem! Ergone possibile est, quod unus panis tanta sit virtute præditus? Porro sanctus Hieronymus apud Franciscum Labatha loc. mot. 6. Euchar. prop. 14. panem hunc figuram fuisse panis Eucharistici dicit, cum ait: (Unde tanta in pane subincertio vis ac virtus? nimirum figura erat sanctissimi Sacramenti, & hæc ratione virtutem illam tantam Deus illi tribuit, quæ significaret illam, quam in figurato pane nos habemus. Enim vero Deus Moyli præceptum de omnibus abunde prospiceret, quæ in templo requirebantur, tam pro majori ejusdem certamine, quam pro majori commoditate sacrificiorum, quæ offerri debebant, simulque indicavit, in quoniam Templi loco ea accommodanda est

Concil.
Trident.
sess. 13.

Can. 8.

Blond.
Flor. de
Rom. tri
umph. an.
lib. 7. fol.
155.

... dicitur autem in specie de mensa loqueretur, voluit ut ejus locus a Parte Aquilonari consistere: *Mensa stabit in parte Aquilonis.* Porro sancti Thomae Aquilonem ad sinistram mundi dicitur positum esse dicit. Verum, in quibus Nuntiis mensa illa, quae Eucharistiam figurabat, conlocata ad dexteram collocata fuisset, hoc enim locus upote dignior mensae huic tantae dignitatis & excellentiae convenientior fuisset. Unde Mysterium: Sinistra communiter est dextra debiliore, quae ideo natura provide voluit, ut eorum in sinistra animalis parte consisteret, ut eorum & vires eidem lateri subministraret. Magna igitur Deus nosse indicare nobis voluit, quod mensa haec celestis fortitudinem atque vigorem cordibus nostris subministraret, ut omnibus sinistris occurrentibus eventibus intrepide resistere valeamus. (Ut manifestum nobis est ad hoc nobis a Deo dari, ut in adversis, quae per sinistram significantur, nobis auxilium & robor ferat.) Unde & ipsemet Salvator noster ceteram cum dilectis discipulis suis celebrare, eosque comperere & sanguine cibare voluit, ut inter discipulos nostris illis casus, instar solidae cujusdam insulae in medio mari ab undarum procellis fluctibus constantes & intrepide evaderent.

¶ Eadem vero Filius Dei Coena finita actionem quandam edere voluit adeo heroicam & constantem, ut similem nunquam viderit vel audierit mundus, nimirum Discipulorum suorum lavare voluit pedes: *Cepit lavare pedes Discipulorum suorum.* Borum pedibus se advolet intromittit, a quibus in terram prostratis a dextris deorsum debuisse. Porro omnes Christi discipulos nostrae instructiones fuerit, ac proinde *Exemplum dedit vobis, ut quemadmodum ego feci, & vos facitis.* (Lavat pedes discipulorum, inquit Dionysius Carthusianus ibidem articulo 33. ut perfectae humilitatis praeberet exemplum.) Doctores facti hoc loco inquirunt, quoniam inter discipulos primus fuerit, a quo Christus factus hujus caeremoniae lotionis pedum fecerit initium. Scio equidem Euthymium, Origenem & Chrysostrum homilia 69. folio 28. col. 7. velle, quod Christus a Juda accepit exordium: *Mibi videtur, primum cum pedibus lavasse pedes;* cujus hanc Origenes rationem assignat: *Ut medicina ubi magis morbus urgetur, citius adhibeatur.* Licet sanctus Pater noster Augustinus contrariae opinionis existat, scilicet quod non a Juda, sed a Petro tanquam capite Apostolorum initium fecerit, cui etiam

consentit sanctus Bernardus: *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Porro Petrus Magistram ad pedes suos prostratum videns, continere se non potuit: *in Coena quin stupefactus resistere, & diceret: Domine tu Domini mihi lavas pedes?* Vera etenim fide miram Christi considerabat excellentiam, atque altera ex gustinus parte ad propriam se reflectebat vilitatem: *Christi tractat 56. si dignitatem fide viva considerans* (inquit Toletus ibidem in com. fol. 30.) *ab hoc officio Christi removere conatur.* Magnam autem in se energiam duo haec verba continent: *Tu es mihi,* quasi diceret, inquit Chrysostrum: *Tu his manibus quibus oculos aperuisti, Leprosos mundasti, mortuos suscitasti Tu Dominus, ergo servus* (ex Ludolphus ponit Ludolphus Carthusianus) *Tu DEVS, ego Carthusianus homo. Tu Creator, ego creatura. Tu mihi misero, parr. 2. cap. pauperimo, humillimo piscatori lavas pedes* (ord. 54. f. 308. dos? *Vis lavare pedes mihi peccatori, tu quis es Filius col. 1. DEI? quasi dicat, hoc inde consess, & nullo modo sustinensum.* Tu (inquit Beda) qui verus Deus es, Tu Rex Angelorum, Tu Filius Altissimi, Tu speculum sine macula, Tu qui ab Angelicis potestibus adoraris, Tu Deus aeternae pedes lavabis mihi, qui vilissima terrae caro sum? Tu ante me genuflexus prosternebris, coram quo ipsimet incurvantur Atlantes? Tu o mi Redemptor, coram me te inclinas, coram quo reverenter se submitunt quotquot sunt caeli, terra, & inferni habitatores? Beda apud Ludolphum Carthusianum ubi supra. (Tu DEVS Deorum, Tu Rex Angelorum, Tu Filius Altissimi & speculum sine macula Majestatis Dei, quae adorant: Angelica potestates, Tu Deus aeternae mihi vermiculae lavas pedes? Tu ante me curvans, ante quem curvantur, qui portant orbem? Tu ante me steteris, ante quem stetit omne genus caelestium, terrestrium, & infernorum? Verumenim vero ex quo Ly & Tu & Ly mihi ex mente ejusdem Bedae, cogitanda sunt potius quam dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua, vobis o animae devotae, quanta hic silentio involvatur considerandum relinquo, quod enim concipere potest cogitatio, lingua efferre nequaquam sufficit. Interea vero dum CHRISTUS opus hoc humilitatis profequitur, nos quoque ulteriorem Historiae seriem recensendo profequamur. Lavat igitur Discipulorum suorum pedes, ut de iis dici possit: *Quam speciosus pedes evangelizan.* Ad Rom. 10.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licet" and other illegible characters.

eam rigavit, ut experiretur, an aliqua ratione possibile esset, ut traditor ille aliquos produceret poenitentiae fructus, Apprehensos quoque protervi illius discipuli pedes incredibili charitatis fervore pectori suo firmiter appimebat & adstringebat, idque quoniam si verum est, quod *Possesto acquiritur per pedum positionem*, demonstrare voluit, quod divini cordis sui possessionem ei ultero citroque libentissime cederet. Naturales Philosophi dicunt, & quotidiana etiam experientia nos docet, quod cor iracundum actuali furore percitum solito fortius palpiter, atque ideo ut Judas evidenter sentire posset, Christum, licet ejus, quam Judas circa eum machinabatur, prodicionis optime gnarus esset, ei tamen nequaquam esse offensum aut iratum, pedem Judae cordi suo adstrinxit, ut pede sentiret, cor suum ab eo nequaquam aversum aut alteratum, sed placidum omnino esse atque tranquillum. Nolo quidem inficiari quin magnus Joanni favor acciderit, quando *Recubuit supra pedes Domini*, hoc tamen certum est, quod pectus illud quod Joannes capite tenus solum attingit, Judas pedibus tetigerit, ubi igitur nunc es o Simon Pharisae, qui admirabaris, quod Dominus pedes suos Magdalene lachrimis rigari & lavari, & capillis capitis sui abstergi permitteret, veni nunc, veni inquam, vide, & oblitus pesce eundem Dominum pedibus unius Apostolate advolutum eisdemque lavantem, & suaviter exofculantem. O Juda quavis crudeli fera immanior, quavis Tigride truculentior! O inique & perfide! O cor quovis adamante durius, cui licet oculis serenam illam & benedictam Magistri sui faciem aspiciat, impossibile tamen est, ut a suo se errore emendet: nullum potuit reperiri remedium sufficiens ad latronem a perversa sua voluntate distorquendum. Nam bipedum ingratisimum a conaculo digressus, ad exequendas pessimas cogitationes suas sese accinxit, innumera a benigna & paterna Magistri sui manu recepta beneficia per infamem ingratitude actum, & facilem traditionem turpiter compensando.

10. Verumenimvero longe ardentius exorat, quo filius Dei pro genere humano mori cupiebat, desiderium, quam quo Judas ad eum tradendum properabat, atque ideo una cum Discipulis ad horum se recepit Gethsemani, locum nimirum, in quo nequam Judas eum tradere & Pharisaeicam turbarum manibus consignare decreverat. Ad hunc etenim

horum Sponfa eum invitabat, dicens *Veni ad lectum meum in hortum suum*. Comedat fructum pomorum suorum Bene autem notandum est, quod Sponso non dicat: *Comedat poma*, sed *fructum pomorum*, id est, fructus a poma in Paradiso tracti, ab Adamo decerpto & manducato proleptos, id est, fructus laborum, fatigationum, sudorum, dolorum, & poenarum: *Veni in hortum Passionis, & colligat, & comedat, & gustet fructum suae Passionis, ad fideles reficiendos* & vivificandos, exponit Jacobus de Valentia in Cant. capiteb. fol. 29. col. 2. *Comedat fructus pomorum suorum, scilicet recipiat alapas, & flagella, & vulnera, quae dicit: sicut Adam comedat pomum ligni proleptum horum Paradisi in perniciem totius generis humani, ita veniat dilectus meus in hortum Passionis, & comedat fructus pomorum suae Passionis*. O quam acerbi & amari sunt hi fructus! fructus expensis, molestia, timore, agonia, sudoribus, & sanguine compositi: Ac proinde sanctus Marcellinus dicit: *Cepit parere & cadere*. Et sanctus Maximilianus: *Cepit contristari & massus esse, de quoque & tribus Apostolis Petro, Jacobo & Joanne dicit: Tristis est anima mea usque ad mortem*. Et qualis est haec molestia, quae univrsi mundi huius gaudium & Paradisi totius laetitiam turbare & contristare non dubitat? Ergone terretur fortitudo, virtus formidat, contristatur gloria, confunditur Majestas, claritas oblenatur, inimitatur sanitas, & beatitudo ipsamet in miseriam commutatur. Tu o mi Salvator, qui velis universae militiae Christianae dux milites tuos ad dimicandum adversus principem renebrarum animare deberes, primus es qui pusillitiam effeceris Nondum hic armatos comparere laetitia video, qui vel elata voce in certamen te provocent, aut stricto nudoque ferro tibi committentur, aut te aggrediantur insidiose & ex improposito, cur igitur expavescis? Idemmet multum admiratus est beatus Laurentius Justinianus cum ait: *Cur sic tristari, cur sic parere voluit, cur voluit sic cadere? Quid est hoc Dominus? Contristatur & parere pavescit? Nunc quid contristatur per quem contristati recreantur? Multae equidem huius militiae & pavoris a sanctis Patribus aliisque Expositioribus rationes adferuntur. Sanctus ecclesiae Ambrosius ex eo quod Christus nullum in semetipso habuit motum proprium, quod cum ad contristandum in duceret, mox subintravit: *Et ego pro me doluit, qui pro se nihil habuit, quod doleret, & sequestrata delectatione circumstanti laetitia sua adio mea infirmitatis afficitur*. Sanctus Romanus*

Ioan. 21.

dicere filium Dei per suam scientiam quam sacri
 Theologi *visum* appellant, falsam praevidisse
 Manichaeorum opinionem, qui affirmantur es-
 sare Christum non habuisse corpus verum &
 reale, sed phantasticum: Alios item praevidisse,
 qui docturi erant Christum non habuisse ani-
 mam informantem, sed divinitatem assisten-
 tem, ideoque dicit S. Hieronymus ut *verita-*
tem quae probaret hominis, humanarum pec-
ccatorum demonstrare voluit effectus: ac proin-
de Tristis est anima mea usque ad mortem: Destru-
entem autem in hoc loco Manichaei, qui dixerunt ih-
esum phantasticum corpus assumpsisse: nihilominus
quod illi qui dixerunt eum veram animam non ha-
buisse, sed hinc loco anima divinitatem.
 Sanctus Athanasius dicit Christum imita-
 tum fuisse expertum quandam & prudentem
 militem, qui per stratagemam militate non
 impetam fugam exercitus sui fingit, ut cum eo
 posita in loco commodo sese vertens hostem a-
 bilitatur, & totaliter prosternere possit. Cui etiã
 Epiphanius & Theophylactus subscribunt,
 quem modum quo Josue fecit, quando civita-
 tem Hai in suam potestate redegit: *Fugerunt*
ex terra vestram, donec persequentes ab urbe lon-
gum praerabantur, putabant nos fugere sicut prius.
 Quomodo nihil Domino nostro facilis fuisset,
 quam ut inimicos suos totaliter profligasset, &
 in regem egisset, si animi sui magnanimitatem
 admodum exercere voluisset, sic autem non
 vult adimpletum ingens illud, quod habebat
 in visceribus peccatoribus patiendi & moriendi de-
 siderium. *Tristis, radere, & pavore voluit, ut sis*
invisibilis in parte fraudis (dicere liceat) militari quo-
que magis uteretur, quo scilicet expresso vero per-
sona in parte pavore, quasi quadam simulata su-
perbia, ut in parte irruptionem propter eam audacius
hostem in parte pavore ac vinceret. Nisi forte cum S.
Leone dicere velimus, quod per suum pavorem
omnes suos animare & confortare voluerit fide-
les ut eum genotilitate animi & interpedio spii-
tu mundi & inferni inimicos fortiter aggredi
occursum quam formidarent. In nobis ergo Dominus
de super pavore trepidabat, ut susceptionem nostram in-
firmam non videret, & nostram inconstanciam sua
corruum silulitate vestiret. Etenim tamen haec
modestia admodum vehemens fuerit, non ta-
men illum impedire prevaluat, quo minus illam
ad terram Patrem suam orationem effunde-
ret, quae secutissimum operum humanorum dux
est & moderatrix. Discipulis igitur post se reli-
ctam, nonnulli ab eis se elongavit: Et progressus fu-

illum; vel ut S. Lucas scribit: *Abiisti est ab eis*
quantum factus est lapidis. Et quidem Patrem o-
ratum à discipulis suis recedit, ut nos doceat
quod verus orationem attente & fervide facien-
di modus sit procul ab hominibus se subducere.
 Ita Cyrillus Alexandrinus in *cat. D. Thom.*
 in c. 22. Luc. *Vbi que inveniet eum semotum o-*
rantem, ut discas quod animo attento & corde quie-
to colloquendum est cum Deo sublimi. Verum qua-
rat aliquis fortasse, quantum se Christus à disci-
pulis suis elongavit? pusillum, & ratio est secun-
dum Originem: Quia volebat longe fieri ab eis,
sed iuxta eos constitutus orare. Vel cum S. Luca
Evangelista, Quantum factus est lapidis, quia
Deus nunquam se à peccatore tantum elongat,
quin etiam saxum cor haberet ad eum redire nõ
possit, ut B. nother Simon de Cassia exponit, dum
ait: Nunquam ita ab aliquo elongatur Christus, ut
cor lapideum hominis non possit ad ipsum, si velit, re-
verti. Dum autem ad orationem faciendam se
recipit, refert S. Mattheus, quod procidit super
terram orans. Verum & sanctissime totius univer-
si Redemptor cur vultum tuum in ipsam usque
terram inclinans? forte ad eam dulciter amplex-
xandam, & in pacis osculo dissuaviandam te a-
deo profunde demittis? Si ad id conmitteris, fru-
stra laboras, neq; enim jam tempus est pacifere-
di cum terra, utpote quae siccas aridasque spinas
preparatas habet, ex quibus pungentissimam ac
dolorosissimam capiti tuo coronam connectet:
jam funes ministravit, quibus cum vincendus
es & flagellandus, ferrum è fodinis suis edidit,
pro clavis inde fabricandis, nec non lignum pro-
duxit, è quo dira Crux tua fabricanda brevi erit,
ac proinde frustra ad terram tibi pacifice recon-
ciliandam conmitteris. Procidit super terram.
 Quia terra per peccatum hominis turpis facta e-
 rat atque deformis, unde ne Pater aternus eam
 adeo turpiter à suo primævo statu mutatam
 videret, eam speciosissimo vultu suo ventu-
 rare voluit. *Procidit super terram.* Terra enim
 propter peccati pondus gravis erat, atque ideo
 veluti ad hoc pondus diutius sustentandum
 insufficientis, incurvabatur quasi collapsura in
 infernum: Unde benignissimus Redemptor
 noster, ad eam sustentandam se demittit, ne
 precipitetur: *Procidit super terram,* id est super
 naturam humanam: Huic namque dictum
 est: *Terra es, & in terram ibis.* Porro Deus homi-
 nem ad imaginem & similitudinem suam
 creavit: *Creavit Deus hominem ad imaginem &*
similitudinem suam. Sed quia tandem de ea factum

Luc. 22.

Orig. in
cat. D.
Thom. in c.
26. Matth.

Matth. 26
Matth. 14.

Gen. 2.

Handwritten notes on the right page, including the word "licet" and other illegible scribbles.

Thom. 4.

stam esse Commisit homo peccatum, & elegantissimam Dei imaginem in seipso turpiter deliquit, ut prouide Propheta de illo dicat: *Denigrata est facies eius super carbones*. Quis autem est, qui neciat quod dum typus vel delineatio sigilli alicujus, vel in unica tantum litera destruat, ac commodari illud & reparari omnino non possit, nisi super idemmet originale suum sigillum de nouo reponatur? Christus igitur ut naturæ humanæ terram, in pristinum statum reducat, eique Dei imaginem & similitudinem restituat, proprii vultus sui originale in ipsam usque terram demittere voluit: *Procidit super terram*, quia videns quod Pater æternus illam Divinæ Justitiæ fulminibus castigare vellet, ipse super terram sese prostravit, ut scuti loco eam protegeret atque defenderet. *Procidit super terram*, quoniam antiqua est Cæremonia vel consuetudo, ut qui gratiam aliquam è celo per orationem impetrare desiderat, per actum humilitatis in terram sese prosternat; Ita Moyses & Aaronem in Libro Numerorum fecisse legitur, quando Deum pro aquæ subministrandæ subsidio implorauerunt: *Corruerunt proni in terram, clamaueruntque ad Dominum*. Alii dicunt, quod cum Christus debilis, teneræ & delicatæ complexionis fuerit, vicinæ mortis timor eum vehementer debilitauit, atque ideo ob immensum peccatorum nostrorum pondus, quod humeris suis ferebat, (teste Isaia qui dicit: *Et posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrorum*) Pronus in terram cadere coactus est, desicientibus viribus propter agoniam, qua premebatur. Didacus Stela in cap. 22. Luca. In terram igitur genuflexus atque prostratus suam ad æternam Patrem suam orationem effudit. *Procidit in faciem suam orans*. Sed quidnam à Patre suo per orationem impetrare desiderat? *Pater mi, si possibile est, transeat à me Calix iste*; Vel cum S. Luca: *Pater si vis, transfer Calicem istum à me*. Verum, in quibus, cum Verbum increatum incarnandum in hunc mundum eo præcipue fine venerit, ut pateretur & moretetur, Passionisque amarum calicem epotaret, quid est, quod nunc veluti mutato proposito, id ipsum recusare videatur? Præterea, nunquid voluntatem Patris in eo, ut calicem biberet, consistentem accepit, cur igitur nunc se adeo à semetipso differentem esse ostendit? Nunquid voluntas Christi ab instanti Conceptionis suæ, tam in volito, quam in modo & causa volendi, voluntati Dei conformis fuit? Cur igitur nunc

Num. 28.

Isaias. 53.

Matth. 26.

Luc. 22.

Patrem suum precatur dicendo: *Transeat à me Calix iste*; Respondet Dionysius Catholicus ibidem articulo quadagesimo octavo petitionem Christi conditionatam fuisse: *Si sumptus testis; & divinæ voluntati conformem, ut patet in adjuncta illa particula, Si vis, vel seruum me non mea voluntas, sed tua fiat*. Unde S. Ambrosius ait: *Quasi homo mortem accutus, quod Deus sententiam suam seruans: per hoc ipsum nos monens & instruens quod in omnibus operibus nostris voluntati divinæ conformari debeamus, nec plus, vel minus, aliis vel humiliter faciendo, quam quod est à divina voluntate illicitum: Disce tamen Deo esse subiectus, ut non quod ipse vis obgas, sed quod Deus iustus esse placitum*. Et prout Origenes dicit, non debemus credere, ut Deus faciat voluntatem nostram, concedendo nobis id quod desideramus, sed potius supplicare debemus, ut nobis ad voluntatem suam exequendam vires & facultatem subministraret, Origenes in cat. D. Thom. in cap. 26. Matth. *Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Docens ut non oremus fieri nostram voluntatem, sed Dei*. Et sanctus Hilarius dicit hanc orationem à Christo factam esse pro illis, qui perditionum Calicem ebibere, id est, Martyrium sustinere, & pro Fide tanquam Martyres non debebant, ut Deus illis ad sustinendum interese Martyrium spiritum & vires concedat. Quæ, ut alterum illud, quod à se transeat, accedat. Atque ideo pro his orat, qui passus pro se erat, dicens: *Transeat Calix à me, id est, quomodo à me bibitur, ita ab his bibatur, sine spei diffidentia, sine sensu doloris, & sine metu mortis* (D. Hilarius in cap. 26. Matth. cat. D. Thom. col. 1. Lit. C.) Porro prætereo hoc loco ingenitum calicem, qua tanquam zelosus & amantissimus ovium suarum Pastor timebat, ne voracissimum Inferni Lupus eas in volaret, ideoque nunc Porcum ob somnolentiam suam reprehendebat, nunc omnes hortabatur ad vigilantiæ, amantissimos ut adversus inimici tentationis in salutis orationis arma apprehenderent commonebat, dicens: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem*. Demum postquam ad orationem suam prosequendam à Discipulis suis reversus esset, calicem, quod nobis in afflictionum nostrarum summo culmine constitutis succurrere non cessat, ad Salvatorem nostrum ingratissimum torum dolorum exercituum oblectum consolandum, Angelum quendam submisit. *Apparuit autem illi Angelus de Cælo, confortans eum, vel ut*

Serica legit, *Confirmans eum*. Circa quæ verba sanctus Bernardus in stuporem raptus exclamat: *Quid? Ergone Cæli gaudium consolatione ali-* qua se indigere ostendit? Ergone Atlas ille qui totum universum sustentat, adeo factus est debilis, ut ab Angelo quodam animi vigorem & vires mendicare debeat? Quoniam hoc *L. y. Eum* referens in interrogat idem Bernardus. *Ad eum* quæ per totam vitam viri virtus sue per quem facta sunt membra per quem universa subsistunt, etiam *Et* *Angelus ipse*. Porro Theophylactus legit: *Gloriosus enim, id est, cum illi revelabat gloriam, quæ ex eius Passione nascitur erat.* E quo legendi modo nova iterum difficultas exurgit. Quid enim dicemus? Num forte Filij Dei ab Angelis docentur & instruuntur? Aut forte gloriam illam quæ ex eius Passione & morte oritur, ipsam infinita & æterna Sapientia exponat? Minime gentium, utique enim illam habent perfectissimè, & longe perfectius Angelis, ut quædam sanctus Dionysius Christum ve-

luti Angelorum Magistrum incognita Incarnationis Myſteria illos edocere dicit: *Supremi Angeli ad ipsum Iesum questionem faciunt, divini non dicuntur spiritus, & pro nobis assumpta carnis scientiam discunt, & eos ipse Iesus sine medio docet.* Ac respondet S. Thomas: *Quod illa confortatio, & glorificatio Angeli, non fuit per modum instructionis, sed ad demonstrandam proprietatem humana nature: ad id est explicat Cajetanus ibid.*

Luc. 22. *ad 1.* *Non ut egeret inferus ab Angelo, sed ut per se exteriori ac sensibili proportione objecti pariter inferioris partis.* Carthusianus autem dicit quod eum confortaverit quoad partem interioriorem, secundum quam Angelo minor erat. *Confirmans confortatus quantum ad partem animæ exterioriorem ac sensivam, secundum quam minor est inferior Angelis fuit.* (Dionysius Carthusianus in Luc. ibid. art. 49.) Unde omnino existimo quod Angelus ad Salvatorem confortandam, amarum ei Passionis calicem, & dolorosum mortis patibulum ob oculos statuerit, hunc ferre in modum eum alloquens. Jam completus est numerus ille. (O magne Fili Dei Altissimi) in quo *Delebitur iniquitas terræ, & regnabit a Ligno Salvator mundi.* Jam felicissima illa hora appropinquat. *Reparationis antiquæ, felicitatis æternæ.* Tu solus es qui sine peccato existens, totum genus humanum a culpis suis redimere poteris. Hic est calix ille tantopere a te desideratus, per quem Patri cælesti plenissime satisfieret, complebitur opus *Re-*

demptionis nostræ, Infernus devastabitur & sancti Patres à Limbo feliciter liberabuntur. Hæc crux laborum tuorum gloriorum trophæum erit, nomenque eius à cunis orientes Solis, usque in tumultum ejusdem Occidentis extendetur & dilatabitur, ab hoc Ligno humanæ spei flores progeminabunt, ejus radices abyſsum prement, atque in omnes mundi partes brachia ejus extendentur. Hæc gloriosorum victoriarum tuarum curus triumphalis erit: Hæc fundam. tuum velut mysticus David infernale proles gignantem. Generositas & invictum animi tui robur magis acclamabitur, quam id, quod Judith in se exhibuit, si quidem caput Holofernis peccati detruendo animæ humanæ Civitatem ab universis malis liberabis. Clavi tui magis quam clavi Jachis celebrabuntur, si quidem cum eis non Sisara, sed mortis transfuges tempora. *Vade, in fortitudine tua liberabis Israël de manu Madian.* Confortare & esto robustus valde: noli metueri, & noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus in omnibus ad quacunque perrexeris. Hicse inquam, vel similibus verbis Angelum Dominum confortasse, & tum demum coram eo disparuisse credere possumus. Porro Evangelistæ ulterius recentent, Incarnatum Verbum cœptam orationem suam profecurum fuisse, idque cum tanto spiritus fervore, ut per supervenientem ei animi syncopen, ad ipsos usque mortis limites fuerit perductum: *Factus in agonia prolixius orabat, dicitur in agonia fuisse, sicut infirmus in extremis laborans,* inquit Dionysius Carthusianus ubi supra litera D. Insuper ad tantam sudoris vehementiam eam redegit, ut & merum sudaverit sanguinem: *Factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* O stilla prætiosa, imo ô stellæ, quæ in vultu Christi sereno Cælo apparuisti! Vos tidentem estis prodigiosi comere qui tenebrarum principi rebellionem & bellum militiæ infernali indicitis. Scio equidem quod sæculis superioribus sæpe visum fuerit Cælum non aquam sed sanguinem depluere, ex hoc autem portento Astrologi funestum aliquem & infelicem eventum prælagiebant. Quodnam igitur ex hoc prodigio concludemus pronosticum, dum è sacratissimo Jesu Christi vultu, velut è Cælo quodam sanguinem in terram veluti eruentam quandam pluviam delatibididemus. Ecquid hinc aliud aquam destructionem peccati & inferni ruinam colligere poterimus? Porro terra propter peccatum

Ind. 6. Iosue 9.

Luc. 22.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licet" and other illegible characters.

Gen. 3.

Psal.

Gen.

Ad Hebr. c. 12.

XXXV

Ap. Quis
vin in soli
log.

hominis maledicta erat: *Maledicta terra in opere
suo*. At vero Salvatoris nostri sanguine aspersa,
purificata fuit & benedicta, unde David ait *Be
nedixisti Domine terram tuam*. O quam est hic
sanguis a sanguine Abelis longe diversus! Hic e-
nim clamabat adversus fratricidam postulando
vindictam: *Vox sanguinis fratris tui Abel, clamat
ad me de terra*. Sanguis autem Domini licet a cor-
pore ejus in terram usque decerneret: *Decurren-
tis super terram*, autamen ut S. Paulus ait: *Melius
clamat quam sanguis Abel*, quia non mortem sed
vitam, non vindictam, sed remissionem & ve-
niam, non justitiam, sed misericordiam expos-
cit. Unde S. Athanasius *ibid.* *Loquitur aspersio
sanguinis Christi, quia Patrem interpellat pro nobis,
Et ideo loquitur melius quam sanguis Abel, de quo
dictum fuerat, vox sanguinis fratris tui clamat ad
me de terra; sanguis Abel mortem parricide fratris
petiit. Sanguis autem Christi vitam persecutoribus
impetravit. Sanguis Abel expetit vindictam. San-
guis Christi misericordiam.* De Domitiano legi-
tur, quod dum illi in praelio existenti, & leviti-
culo quodam vulnere manus paucula sangui-
nis guttula stillasset, ipse oculis in Caelum e-
levatis dixerit: *Vinam sufficiat*. At vero si ego
haec sanguinei sudoris guttas in terram deci-
duas videns Salvatori nostro dicerem, *vinam
sufficiant*, Scio certo quod mihi responsurus es-
set. *Quod sufficit Redemptioni, non sufficit deside-
rio, nec amari.* Antiquae Legis Sacerdos praevi-
dere volens, quoniam sine bellum aliquid clau-
dedum esset, faustone vel funesto, *Sancta Sancto-
rum* eo habitu, quem Ephod appellant, indutus
ingrediebatur: In hac autem vestrae duae erant
gemmae pretiosae, quae mirum in modum in eam-
dem scintillare videbantur; Et quidem dum
gemmae istae colorem suum nequaquam immu-
tabant, nec splendorem suum amittebant, felix
victoriae augurium protendebant: quando vero
una colore nigro, alia vero rubicundo imbueba-
tur, signum infallibile erat multum eo in bello
effundendum esse sanguinem, magnamque
expectandam esse cladem. Tu o mi Redemptor
vere summus Sacerdos es nostrae humanita-
tis habitu amictus: *Habitu inventus ut homo,*
Duae autem gemmae vestem hanc adornantes
sunt corpus & anima: Video autem quod una
illarum hodie in pallidum moestumque vici-
nae mortis colorem commutetur: *Tristis est a-
nima mea usque ad mortem*, altera autem colo-
re tingatur sanguineo: *Factus est sudor eius, sicut
gutta sanguinis*, atque ideo hinc non immerito

conjectere possumus, imminens haec noxige-
lium fatale futurum esse atque crementum. Prae-
rurilantes haec sanguinis guttae a S. Irineo *Globi
sanguinis* appellantur ea, utrorum ex causa, ut qui
libet sanguinis gutta nos in valoris sui cogniti-
nem devenire faciat: sunt etenim guttae & glo-
bi figurae sphaericae, sicuti mundus, ut in
notescat, quamvis guttam tanti valoris esse, et
integrum quendam mundum, imo in istum
mundos redimere possit: *Apposidit quidem quatuor
sanguinis guttula globus vocatur, ut ex forma no-
tus innuat sanguinis pretiosissimi: Etenim
guttula toti orbi terrarum sufficit*. (D. Intra
ap. Ant. de Elcobar. t. fol. 344. observ. 1. ann.
17.) Vel per hunc sudorem demonstrare voluit
se existimo, quam sponte, libenter, & voluntate
pro nostra salute patere, si quidem vel igne
nerosus quidam equus stimulosum amoris ma-
patiens, rupto venarum freno Hebraeorum
viditatem longe praecurrit. Pono Hebraeos
Elephantes ad praelium excitare volentes
sanguinem, vel purpureum vel meli-
quorem eis exhibere solebant: *Elephantes
derunt sanguinem urae & mori ad accendens est
praelium*, sicque generosi evadebant: Porro
Christi interior dejecta & pusillanimitas
videbatur. *Caro autem infirma*, superiore au-
tem portio sanguinem in eo exprimebat: *Factus
est sudor eius sicut gutta sanguinis*, haecque ratio
revixit in eo Spiritus, seque ad generose pugnan-
dum fortiter accinxit: *Spiritus quidem promptus
est*. Enim vero sanguis iste suam ab agonia
genem habuit, quae secundum Lyranum de
Lud. Carth. 2. p. in 1. compl. c. 59. nihil est aliud,
quam *Reluctatio sensualitatis mortem horrentis*.
rationis ipsa accipiamis: adeoque sensualitate de-
tione inret se dimicantibus, ut inquit Beatus do-
ster Simon Callianus. l. 17. c. 30. *Durum bellum
gerebatur in anima Christi, et eius visum sanguis
jam late manabat*. Gerison autem dicit Christum
sudaſſe praelatio, dum cognovit, quod etiam ad
pars inferior, quae antea recalcitrare videbatur, ad
tandem condescenderet, atque ad voluntatem
tandem una cum portione superiore libenter
concurreret: *Cum cognovisset Jesus sensualita-
tem eadem esse obedientem ad moriendum, iussit
ex hoc in Deo singulare gaudium, & processit
sanguinis sudor*. S. Justinus Martyr dicit eor-
ob suam tenacitatem veluti cereum fuisse, ut
proinde ab amoris igne incallescens sine
sttuans, in sanguineum humorem est liques-
ctum, ac proinde *Factus est sudor eius sicut gutta
sanguinis*.

transmutandi in aurum: tu vero charitatis aurum in durum odii ferrum transmutas. Apis melis dulcedinem e floribus libat, tu autem veluti scarabæus ex me qui verus flos sum cæpi & liliū convallium (dicebat Jesus) venenorum amaritudinem extrahis. Magnus ille Mediolanensium Episcopus benignissimus Salvatorem nostrum hunc in modum loquentem introducit: *Venenam infundis osculo, quo gratia charitatis infunditur: osculo quod sacra pacis insigne est, osculo quo amicitia fida firmatur, osculo quo fides sancta signatur? Ego osculum non nego ipse videris, qui violaveris osculi sanctitatem.* Longe autem ab hac impietate Petrus abeat, qui turbas Magistro suo molestas esse videns (dum ex iis hic cum percutiebat, alius deridebat, alter vinculis circumplexum ligabat) atque ab avaritatis legibus se cogi, & ab amoris erga Magistrum impulsibus, nec non ab ira furore erga milites concepto stimulari sese sentiens, manu gladium strinxit, & cuiusdam ministri, qui cæteris insolentior aliorum in Salvatore rabiem exaccuebat, auriculam istu præcipiti abscidit: *Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percussit Pontificis servum. Et abscidit auriculam eius dexteram.* Joan. 18. Enimvero non caret mysterio, inquit Cyrillus. o. c. 15. quod Petrus auriculam dexteram Malcho absciderit: quia Hebræi sinistra semper nonnulla auscultare voluerunt, id est, scripturas & prædicationem suam sinistra semper & male interpretabantur: (Dextera auris amputatur, ut dextero proboque auditur carere Judæos significaretur, noluerunt enim Christum audire.) Veruntamen pietas Domini actionem Petri nequaquam approbavit, quin potius ipsum reprehendens eidem præcepit, ut gladium suum intra vaginam denuo recondideret: *Converte gladium tuum in locum suum.* Ut per hoc nos doceret, omnes nobis illatas injurias in vera patientia suscipiendas esse. *Oportuit ut auctor gratia fideles patientiam suo doceret exemplo, & potius ad sustinendum adversus fortiter instrueret, quam ad vindicandum provocaret,* inquit Rabanus; atque ut toti mundo demonstraret, quam sit ad dandum pro scorpionibus panem pronus & inclinatus, extensa manu sua auriculam tetigit & sanavit: *Et cum tetigisset auriculam eius, sanavit eum;* Luc. 22. ex quo alud quoque documentum addiscimus, scilicet perfecte charitatis actum esse perdere aurum pro plumbo, id est, reprehendere bonum pro malo: *Tunc enim miraculum fecit, erudiens nos, quo-*

niam eis qui male faciunt, benefacere oportet. Per cito temporis brevitatis non permittit, ut hoc loco turbæ illius exponam tumultum, vel iniquitatem eorum ministrorum illorum insolentias intulerim: quibus vel Christi in sufferendis injuriis patientiam: quia sub tenacitate peccatoris, coactio gregiam magnanimitatem latere ostendit, nec non turpem Apostolorum fugam qua Christianitas deleruerunt: *Relicto eo omnes fugerunt, & petra de omnibus hisce punctis sepositis ad aliam tractanda pertransiit.* Interea vero dum benignissimus Redemptor noster a charissimis discipulis suis prorsus derelictus, quasi mansueti oviculi luporum ferocitate dilanianda, solus persistens illum de anima devota per devota contemplationem comitare, & gratam illi societatem prebere non desine, donec ego nonnulli quædam rescripto.

PARS SECUNDA.

13. Tandem igitur Christus vinculis constitutus, atque insolenti turba circumductus, multique gravibus verberibus & injuriis affectus ad Jerusalem itane urbem portis appropinquat. Verum heu quantum hic innotuit, quantum anima mea unice Redemptor: hæc nocte urbem hanc ingrederis, differat ab illo, quam paucis ante diebus in eandem civitatem veniens, visus es habere. Tunc canebatur: *Ece Rex tuus venit tibi mansuetus,* Matth. 21. nunc vero tibi tanquam Regi renuntiant; *Non habemus Regem nisi Cæsarem* Joan. 19. Tunc sparguntur per æra frondes & flores, nunc spinas ad torquendum colligunt, tunc ad magnificandam majestatis tuæ gloriam olivarum ramos per vim prosternebant, nunc vero ad obsecrandos sanctitatis tuæ splendores crucis signum tibi adprant & præparant: Tunc exclamabant: *Emulctus qui venit in nomine Domini,* nunc elatis vocibus vociferantur: *Crucifigatur, crucifigatur.* Tunc exclamabatur tibi a pueris, & honorabatur a gentibus, nunc autem ab omnibus vilipenditur, & a minoris quam Barrabas latro seditiosus & strumens, quam in mutationes, & prodigiosa vicissitudines sunt istæ? *Et sic cum imperii tantam coarctat latronem stridentes, & eum percutientes ducerant per portas aureas, per quas in die Palmarum introverat;* inquit Ludolphus Carthusianus p. 1. c. 59. Nonnullæ autem lapideæ stant, quæ ad latera portæ illius collocatæ erant, scilicet co-

D. Ambr.
in Psal. 39.

Rabanus
Maurus ap.
Iud.
Carth. pag.
2. c. 59.

D. Chrys.

rimo ingrediente inclinavit eumque cum
 reverentia luit venerat, ut scribit Vincentius
 Ferrarius lem. 1. in Paral. ac si dixissent: *Domi-
 nus hinc racionales te ligaverunt, & nos irratio-
 nabilia adoramus.* Portas autem civitatis ingres-
 sum ad Annam perduxerunt, non solum quia
 dominus Annæ prima erat ex ijs quæ Christo in-
 procedente occubebant, ut proinde gravem se-
 cretorem commissuros suæque jurisdictioni præ-
 judicatos esse existimarent, si secus facerent:
 verum etiam quia Annas Caipha antiquior e-
 rat de sacerdotibus. *Judicium autem prima referebatur
 ad Annam, ut magis appareret coram ho-
 minibus.* Et tamen Pontifices Annas & Cai-
 phas qui alternativi erant, mortis sententijs sele-
 gere mitissime poterant, nihilominus exami-
 nari, & processum juxta Hebræorum con-
 suetudinem fabricare debebant. Quia verò mu-
 tus illud eo tempore ad Caiphā spectabat, ideo
 Annas ne alienam involaret jurisdictionem,
 Christum ad Caiphā perducere præcepit: *Quia
 annus Pontificatus illius, id est, administrationem
 annis illis habebat, quæ in iudicium & utilitas
 publicæ communiter amborum esset, inquit Ludol-
 phus ibid. Joan. 18. Christus autem à Caipha
 de duobus præcipue punctis examinatus fuit,
 scilicet de doctrina quam prædicabat, & de disci-
 pulis quos secum habebat, teste S. Joanne, qui
 dicit: Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipu-
 lis, & de doctrina eius. Porro examen istud
 instituebatur ad inveniendam veritatem,
 quæ quæquam maiorem quam ipsum peccata
 non prosequerentur odio, sed tantum ut vide-
 re in responsis Filij Dei, quod calumniari &
 apud Romanum Præsidentem accusari possiet, de-
 prehendatur. Equidem quod ad questionem
 de discipulis propositam attinet, ad hæc nihil respo-
 dit, de ratio est, juxta eundem Ludolphum ibid.
 c. 60. *Quia tunc de ipso nihil boni dicere potuit,
 qui non fugerunt, dan nobis exemplum, quod ma-
 gis de aliis non debemus dicere: sed potius proxi-
 morum peccata silentij secreto debeamus ab-
 londere.* Quod verò ad questionem de do-
 ctina attinebat, protinus respondit, nimirum se
 in Synagoga palam coram toto mundo locu-
 tum fuisse, & in plurimorum sapientum viro-
 rum congregatione, quos proinde de doctrina
 sua interrogare possent. *Ego semper docui in Syn-
 agoga & in templo, quo omnes Iudæi conveniunt,
 & in cunctis locis sum nihil. Quid me interro-
 gatis? Interrogatis qui audierunt, quid locutus sum
 ego?* Joan. 18. Enim verò Auditores, quo-*

vis obliquo affectu vel passione seposita dicite
 mihi, vos enim iudices esse volo, poteratne
 Dominus cum majori prudentia aut modestia
 loqui? *Quid ista responsione verius, mansuetius,
 justius?* interrogat BEd A ibid. fol. 191. Et ta-
 men unus altantium ministrorum adeo teme-
 rarius fuit, ut illum, veluti inurbane & sine
 debito respectu Pontifici respondentem, repre-
 hendere, ejusque sacratissimam faciem impacto
 colapho percutere præsumpsit, dicens ei: *Sic
 respondes Pontifici? Vah manum impiam!
 vah sacrilegum brachium! O cor truculen-
 tum! O detestabilem ministrum! O dextera
 infernalem!* Quæ ratione fieri potuit ut
 hanc divinam genam, limpidum illud paradisi
 speculum impia manu tua percuteres, nec ta-
 men eadē illa manus exarsceret? Quod si dextera
 Jerob. in Proph. extensa subito exaruit. Quod
 si Oza arcam Dei sustentaturus ne caderet eam
 tangendo temeritatis suæ poenas per mortem
 luere debuit, cur hic adeo perverus minister,
 qui Prophetam Prophetarum, & sancta sanctos-
 rum tanta affere injuria, præsumpsit, impuni
 D. Petrus
 tantum evasit? *Exhorreat cælum, contremiscat ter.* Chrysol.
 ra, *alapis Deus percuti potuit? O Angeli (ex-
 serm. 5. ff. clamat Chrylogus) qui hæc intuemini: quo-
 modo siletis? quomodo manus continere potestis?* D. & D.
 quomodo pro Domino vestro non respondetis? O lo. Chryf.
 Angeli cur tam gravem Creatori vestro illatam inc. 18. lo.
 injuriam dissimulatis? O cœli! cur fulmini-
 bus vestris impium hunc ministrum non quare
 rōcius interimitis? O ignis cur hunc perversum
 non absumis? O aer cur eum in sinum tuum
 non rapis? O terra cur illum sustentas? O
 mare cur litus tuum egrediens eundem non
 submergis? O truculenta fera quotquot estis,
 tigrides, ursi & leones, qui divinæ justitiæ
 ministri roties fultis, egredimini: egredimini
 ni ut sceleratum hunc hominem dilanietis. Es-
 nim verò certus sum quod terra illa: quæ ab-
 sorbuit Dathan & Abyron: ursi illi qui pue-
 ros Eliseum deridentes dilacerarunt: Mare
 quod submersit Pharaonem: Aer qui tempore
 Davidis per suam contagionem tot Israëlitas
 occidit: Ignis qui Pentapolis civitates inci-
 neravit: Angeli qui tantam tamque crudelem
 in exercitu Sennacherib. instituerunt cladem ju-
 stam de hac tam atroci injuria sumpsissent vin-
 dictam, si id ipsum amantissimum redemtor
 noster ijs permisisset. Porro variè à Sanctis
 Patribus adducuntur rationes, cur Salvator
 noster gravem hanc alapam receperit: Aliqui
 enim

Handwritten notes in the right margin, including the word "licet" and other illegible characters.

enim dicunt id eum fecisse, ut Prophetia illi
 corresponsderet, qua dicitur: *Dabit percutien-
 tius se maxillam, saturabitur opprobriis.* Thren.
 3. Sanctus Cyrillus Alexandrinus dicit, quod
 Adm credens Dæmoni dicenti: *Nequaquam
 morietur tibi.* Gen. 3. non verò Deo mortem ei
 comminanti *in quacunque hora comederis, morie-
 te morieris.* Gen. 2. Deum quasi mendacii ar-
 guere voluerit, credendo Diabolum veracem,
 Deum verò mendacem & impostorem esse:
 Constat autē ex legemundana mendacio deberi
 alapā Ita Lud. Carth. p. 2 c. 60. *Alapa ut pluri-
 mum pro vindicandis offensionibus verborum so-
 let dari.* Adam alapam Deo in satisfactionem
 illarū injuria debebat, ipse autem, utpote pura
 Creatura, ad e qualitatem satisfacere non po-
 terat, quia offensa infinita erat: atque ideo
 eum verbum incarnatum in eo præcipue sine ve-
 nerit, ut hanc in e qualitatem suppleret, ala-
 pam recipiendo pro mendacio satisfacere vo-
 luit: *Ipse enim peccata nostra tulit.* Et pro no-
 Alex. *ibid. his laboras, Et unus pro omnibus in honorabatur:*
 l. 12. c. 46. *nam quem admodum mors sua mortem nostram
 An. Ego. destruxit similiter arbitrator pravi irrationis nostræ
 bar. t. 1. l. 9. dedecus alapæ Christo inflata deletum suscipit.* Hæc
 e. 18 §. 2.
 num. 9.

D. Cyrill.
 Alex. *ibid. his laboras, Et unus pro omnibus in honorabatur:*
 l. 12. c. 46. *nam quem admodum mors sua mortem nostram
 An. Ego. destruxit similiter arbitrator pravi irrationis nostræ
 bar. t. 1. l. 9. dedecus alapæ Christo inflata deletum suscipit.* Hæc
 e. 18 §. 2.
 num. 9.

Josephus
 Speranza
 Alapa pun-
 No 8.

Sanctus Vincentius Ferrerius (ibid.
 ferm. 4. in Patac.) in ea est opinione, quod i-
 stus ille adeo vehemens fuerit, ut ex illius vali-
 ditate Christus in terram conciderit: *Et prostravit
 ipsum ad terram.* Unde genæ illæ quas spon-
 sa esse dicebat, *sicut arcole aromatum.* Pagni-
 nus dicit factus esse *sicut linea sulci,* vel cum se-
 prugina, *sicut Phala,* id est, ut Modernus
 quidam exponit, *Tumida ac plena sanguine.* Can.
 5. Verum quoniam animo Salvatorem hanc
 atrocem injuriam recepisse exultimatis? Num
 forte injuriosis denuo verbis percutientem est
 aggressus? aut irato vultu ei est comminatus?
 Minime: sed potius suavi voce & facie beni-
 gna eum est allocutus dicens: *Si male locutus
 sum, testimonium perhibe de malo. Si autem be-
 ne, quid me cadis?* O quanta est hæc mansue-
 tudo! quæ nos in magno peccato confundit, si quidē si
 quis lingua nos convitetur, manu protinus eidē
 respondemus, neque facti veritatem, aut in-
 tegræ personæ offensam aliter demonstrare
 novimus, quam sermo duntaxat & sanguine.
 Et quidem si circa offendentem nos, talem ha-
 beremus potestatem qualem Filius Dei habuit,
 prohibito videlicet nostro de illo & circa illum

statuendi existimo omnino, quod etiam percu-
 tenforis annihilationem nobis ex integro satis-
 factum esse nequaquam existimemus. *Ubi
 lapis maxilla percussit* (inquit Beatus
 Hieronimus) tunc ille quomodo ultus esse
 nonne poterat terre hiabibus aboleri? vel do-
 movere ex proprijs terminis mare, & voragi-
 nibus terram submergere? Imbram ignis dimi-
 ttere? unico verbo, vel aliquid aliud acer-
 bum supplicium irrogare? Attamen hæc om-
 nia miti patientique animo pertulit, vitæque
 tuæ per seipsum leges patientiæ dedit.

14. Verum enim verò quia ut dicitur solet
 infelicitas raro homini solitarie accidit, quæ
 aliunde accumuletur, ideo & hujus peribit
 ministri inflectam alapam pariter excepit negato-
 Petri; qui dum in atrio Pontificis calefactus
 voluit, in suo erga Magistrum amore valde
 refriguit. Nam a tera vel ancilla quadam in-
 terrogatus, an ex discipulorum Christi nume-
 ro esset, prout ex loquendi modo esse videtur:
*Nanquid Es tu ex discipulis eius hominis
 istius?* Joan. 18. Respondit: *Non sum.* Ali-
 alijs quoque interrogatus pertinaciter negavit
Negavit illo, Et dixit: Non sum. Et licet miles
 quidam cognatus Malchi, cui Petrus officio
 dedit auriculam, se eum cognoscere & in horto
 vidisse in faciem Petri ediceret: *Nonne ego
 vidi in horto cum illo?* Sibi metipsum tamen
 num fecit, & tertia vice Magistrum suum de-
 nuo negare non dubitavit: *Iterum ergo negavit
 Petrus.* Neque id adeo mirum est, si qui-
 dem ab ancilla quadam in domū Pontificis in-
 troductus, & cum eadem aliquamdiu locutus
 fuit. Negotia autem quæ per mulieres transiguntur,
 non nisi pessimo fine claudi possunt.
Quomodo non erraret quem intromissi ostiaria?
interrogavit ostiaria? Poterit ancilla Petrum in
 atrium Pontificis introduxit, ut a Dei gratia
 eundem excluderet, inquit S. Maximus hom.
 2. de latrone, Petro & ancilla: *Ostiaria Petrum
 ideo in domum sacerdotis includit, ut a fide Salva-
 toris excludat.* Neque aliud ab hoc hominum
 genere expectari poterat: Mulier illa itaque
 vitæ pariter & mortis ostiaria fuit, quæ nimirum
 ab illa te excludit, ad hanc verò portam & do-
 res aperit: *Idem sensus in utraque ostiaria officii
 gerens, aut excludit à vita, aut includit ad mor-
 tem.* Sunt enim mulieres carboni perniciter
 qui vel coquunt & urunt vel tingunt, ut Be-
 tus Laurentius Justinianus ait: *Sacerdos
 libris semper suspensus est, illo frequenter
 1111*

Diabolus Non armatos aduocavit milites
 ut de hinc Apostolum. unius muliercula lingua
 Christiana milita devicit ducem. Ad hæc præ-
 terquam quod Petrus per hujus ancillæ manus
 infeliciter transierit, accedit quoque quod cu-
 riam vel anam ingressus fuerit, in qua vitæ in-
 tegritas, morum bonitas, & Spiritus sanctitas
 plurimum dimittitur, Petrus semel intravit
 curiam & ibi vigorem animi perdidit, & Chri-
 stum negotio quid si dispertransisset in curiam?
 interrogat Hugo Cardinalis in c. 26. Matth.
 Habet hoc curia in more positum, quod bo-
 nos recipiat potius, quam faciat, ut inquit Ber-
 nardus 4. de Considerat. Curia bonos recipe-
 re magis, quam facere consuevit. Vix Magi He-
 nodis curiam ingressi fuerant, eum ecce stella
 statim disparuit, quod idem est, ac si quis dice-
 ret: Quisquis pedem suum in Principum au-
 las inguit: Statim Dei lumen amittit. Unde
 Seneca procul a curia recedens, se in quoddam
 solitudinis tugurium recepit: Quia ex tor palatii
 oculis caelum videre non possum. Ac proinde
 curia adeo hominibus noxia sit, egredia-
 mur, & Apostolum prosequamur, qui galli-
 canum, datum videlicet sibi a Christo signum,
 adiens: Exiit foras & fleuit amare. S. Luc.
 zæcum insuper adjungit, quod Christus Pe-
 trum respexit, indeque se Petrus compungi
 sentens amarissime fleuit: Et conversus Domi-
 nus respexit Petrum. Enim verò hinc renovatum
 sermo illud Ægyptiorem hieroglyphicum,
 que Dei conditiones & qualitates exprime-
 re, solum quendam depingebant, è quo tres e-
 rant radij, quorum unus quendam ex
 congregata glacie aggregatum monticulum ir-
 radiabat, cumque liquefactiebat: alter vero in
 montium se cadaver extendebat, illud quere
 radiabat: Tertius verò lapidem illuminans
 eandem frangebat: cui hanc subnectabant Æ-
 gyptienses: Sic Oculi Dei ad nos, ut Sidonius
 Apollinaris refert. Porro Apostolus postquã
 Christum abnegasset, conversus est in glaciem,
 cadaver, & lapidem id est, frigidus factus est, &
 gelidus in amore, mortuus in peccato & quo-
 vi lapide in malo durior, siquidem trina vice
 eum equavit, & anathematizavit. At verò
 mysticus Justitiz Sol Jesus divinorum obru-
 tum factorum & celestis gratiæ fuz radijs re-
 spexit Pet. & confectum lapis seu petra, cõteritur
 morosus recalcitatur, & colliquefcit duragla-
 ties. Egredis foras fleuit amare. Abi, abi gigitur ô
 Petre, & penitentiz speculum peccatoribus e-

sto, ut culparum commissarum turpitudines,
 tuis quoque lachrymis abluere non omittas.
 15. Enim verò Princeps Sacerdotum & uni-
 versum Consilium de testibus procuran-
 dis solliciti erant, quiut Christi innocen-
 tiam ad motis patibulum condemnarent,
 falsum contra eandem, testimonium de-
 posuerunt, verum casto & irrito labore hæc o-
 mnia faciebant, licet multi sese proderent,
 qui varijs in rebus eum licet sine fundamento
 inculpabant. Erant enim qui dicebant, eum se
 jactasse quod templi Dei destrueret, & in tribus
 diebus eundem reedificare vellet: Hic dixit: Possun-
 destruere templum Dei, & post triduum reedifica-
 re illud: alij eum tanquam blasphematorem ac-
 cufabant, eo quod dixisset: Videbitis filium ho-
 minis sedentem à dextris virtutis Dei & veni-
 entem in nubibus caeli. Unde Princeps Sacerdos
 tum exurgens, suaq; vestimenta præ indigna-
 tionis fervore discindens, eum imprudenter tan-
 quam blasphematorem mortis rerum pronun-
 tiavit Scidis vestimenta sua dicens Blasphemavit,
 quid adhuc egemus testibus: Ecce nunc audistis
 blasphemiam: quid vobis videtur? Et merito
 quidem vestes suas discerpfit, inquit Hier. ib.
 Ut ostendat Iudaos Sacerdoti gloriam prædidisse &
 vacuam sedem habere Pontifices Et S. Leo ler. 6.
 de Pass. Dom. ait: Sacerdotali se honore privat.
 Et quidem Diabolici hi ministri in totidem
 Briareos se transformati desiderabant, ut to-
 tidem manibus, totidemque alijs mem-
 bris illum caluminari & convitari ac infestare
 possent: unde alij linguas suas in eum exeren-
 tes se eum mortuum velle declarabant: Rem est
 mortis, alij sordida fœtidæ, oris excrementa in
 eum expuebant: alij alapis faciem ejus obvela-
 tam (ut refert S. Mar. Casperum velare faciem
 eius) cœdebant Etenim quantum enim hæc op-
 probria patientissimo Salvatore nostro dolorem
 intulerint, facile deduci potest ex eo quod de Al-
 cibiade Plutarchus refert, quod intermultiplices
 afflictiones suas, exilij nimirum amissionis faul-
 tatum suarum receptorum ab amicis suis vul-
 nerum, nulla cor ejus adeo sensibilibiter pupu-
 rit, quantum in juriosum verbu quoddam a Ctesia-
 phonte ei in faciem exprobatu, ac proinde qui
 liber nostrum, quantopere tot improperia cor
 Filij Dei transixerint, conjiciat Porro apud He-
 br. nulla poterat alieui major irrogari injuria
 vel opprobrium, quam si quis in faciem alterius
 in verecundè expueret, unde & is cui similis in-
 juria acciderat septem dierum spatio ab omni se
 ho,

Matth. 26.

Handwritten notes in the right margin, including the word "Diabolus" and other illegible characters.

hominum confortio subducebat, utpote qui inter homines comparare non poterat. Ita enim in libro Numerorum habemus: *Si Pater eius spasset in faciem illius nonne deberat saltem septem diebus rubore suffundi?* Num. 12. qualis igitur erubescencia Christi sine culpa id patientis fuerit, cuiuslibet vestrum considerandum relinquo. Verum enim verò prædictam faciei obvelationem una cum S. Chrystostomo non nihil observemus: *velare ceperunt faciem eius.* Etenim per hanc actionem non solum benedictum Iesum pessime tractare contenderunt, verum etiam aliquod excessuum crudelitatis suæ specimen edere, quia facies Salvatoris adeo benigna erat, ut ipsissimam repræsentare pietatem videretur, ideoque eandem obvelarunt, ne cavendo aliquid in cordibus suis compassionis erga ipsum motivum excirarent: *Tam gratiosa & benigna Domini facies erat, ut hostes, quamvis crudeliter essent, & eum odio prosequerentur, non possent tamen eam cernentes in eum saevire, sed emolliiti commiserarentur.* Ideo consilium eorum fuit faciem eius velare, quo atrocius eum caderent, colaphos & alapas impingerent, barbaram vellerent pulverem in faciem eius jacerent, & execrarentur in eum. O quanta cum patientia, & quam libenter hæc omnia injuriarum genera Dominus noster sustinuit, quia illa tandem in beneficium nostrum redundatura esse sciebat. Unde Sedulius Poëta Christianus ita canit.

Sedulius lib. 5.

*Salvator patens subiecto corpore totum
Sustulit, nostraq; dedit sua membra salutis
Nãq; per hos colaphos caput est servabile nostrum
Hæc sputa per Dominum nostrum lavere figuram.
Hic alapis nobis libertas maxima fuit.*

Matth. 27.

Christus jussu Caiaphæ à ministris in conspectu Pilati, tanquam Regni Præsidis perductus fuit, à quo super multis accusationibus falsis contra eum depositis examinatus fuit, videlicet quod subornasset & ad seditionem concitasset plebē. Item quod Regis Judæorum titulum sibi temerario ausu usurpasset. Verum ad omnes hæc sibi impositas calumnias Dominus nihil respondit, & merito, inquit S. A. M. (ser. 44. de de acens Domino) nam *Bene tacet, qui defensor non indiget.* Vel quia si respondisset, tanta fuisset sermonis sui efficacia & energia, ut mox præfidem ad sui liberationem decernendam adstrinxisset & hoc modo iugens illud pro nostra salute in cruce moriendi desiderium suum minime adimpletum fuisset; Ita S. Hier. & Cajet. *Nihil respondere voluit ne crimen diluere*

dimitteretur, & crucis utilitas differretur. Verum, o mi suavissime Redemptor nunquid contumelias illas & calumnias audis, quas locuti isti adversum te arroganter profuerunt? ex quo unico duntaxat verbo tuam omnibus notam facere innocentiam potes, & tacet? forsitan quia nosti quam utile sit silentium? *Silencio nil melius,* sed hæc utinam minime spectat, sed eos tantum respicit, qui in sermone suo errare aut peccare possunt, cum igitur tu qui verus Deus es, errare non possis, de sermone quoque tuo penitentiam orationem habere non poteris. Et tamen si alius nemo dixerit: *Nocet esse locutum,* impossibile tamen est ut hoc de te qui ipsissima loquendi regula es verificari possit. Porro S. Gregorius Christum tacere voluisse dicit: *Magis eligens mori a superbientibus despicere, quam a non credentibus sua voce laudari.* Verum enim vero felicissimam te, o Pilate, dicere auctum, dummodo tuam potestatem tuam agnoscere. Nunquid enim divinitatem tuo Imperio subiectam æternis? Nunquid vides quod is qui cuncta gubernat, ruius modo præstoleatur arbitrii nutus? Omnium scelerum univ'ersalis Dominus sub tua dextera obediens commoratur. Totus tibi mundus accumbat, si hujus innocentis causam defendens, & quocunque Sol vertitur, tua semper clarissima fama resonabit. Uti que Pilatum tam oblationem, quam justitiam rectitudinem agnoscens esset, nisi ipsum interesset proprium excusetur: Et tamen in maximam omnium horum calumniantorum confusionem, eum declarat innocentem, ipsosque tanquam fallarios procul a se repellit. *Obrulisti mihi huic hominem, quasi ærosem populum, & ecce ego coram vobis stans, nullam causam inveniri in homine isto ex his in quibus eum accusasti.* Luc. 23. Etenim malum huic Præsidi ad cognoscendam causæ equitatem aliquid concessisse videtur lucidum intervallum, unde quia consuetudo erat quod in die solemnium aliquis mortis reus libertate donaretur Christi & Barabæ, qui propter multa peccata scelera centum mortes fuerat promeritus, oblationem pro alterutro faciendam populo proposuit, dicens: *Quem vultis dimittam vobis, Barabam an Iesum qui dicitur Christus?* Matth. 27. O impietatem incredibilem! O perfidiam inauditam! Gens etenim Judæorum in concordia voce unanimiter exclamat, & urget ut Pilatus Christum ad Crucem condemnando, in ipsum voluit desideria descendere; nil enim se curaturus

ferre illius, qualis, qualis ille fueris, in ipsos
 deinceps redundet. Sanguis eius super nos, & super
 filios suos. mat. 10. Dicitur, factum. Jam enim
 prope illi subiacent, cuius ipsimet contra se ipsos
 pronuntiarunt sententiam. Refert enim S. Vin-
 centius Ferrerius. Quod in figum huius vindi-
 citæ, quando masculi Judæorum de hoc genere,
 qui sic clamabant, nascuntur, habent manū dex-
 teram plenam sanguine capiti inmixtam. Ut igi-
 tur Pilatus Christum liberaret a morte, & aliqua
 parte perfidæ & obstinatæ genti satisfactionem
 daret, cap. Columnæ alicui alligandum & fla-
 gellandum esse decrevit: *Tunc ergo apprehendit
 Pilatus ipsum, & flagellavit.* Joan. 19. O crudelē
 proceram! impiam compassionem! d. iustitiam
 iudicis istius inquam! compassionem quidem,
 sed iudicem. O iudicem sine iudicio! hocce-
 dit nullam præcipit, ut innocens flagelletur? Hoc
 Pilatus non ibi aliquid fecisse credendus est, nisi ut eius
 personam ludæi satiare sibi existimarent, &
 ipsæ ad eius mortem facere desisterent; scribunt
 Cyprianus & Chrysostomus, id quod etiam affir-
 mat sanctus Pater, ac proinde Pilatus dixit.
Corripiam illum, & dimittam. Corripiam? Luc. 13.
 Correctio, o Pilate, supponit errorem, cum igi-
 tur Christus innocens sit & iustus prouti alias
 sepius aperte satis confessus es, quomodo & quo
 prope nunc dicere audeas, *Corripiam*? Num igitur
 propter intendis iustitiam corrigere aut inno-
 centiam castigare? Et quidem correctio hæc He-
 beris committitur ut Christus ab ipsissima eru-
 ditate flagelletur. O Deus! videor mihi videre
 Centones præ rabie & insaniam spumantes spo-
 lare vestibus Jesum meum, eumque sic denu-
 dant Columnæ fortiter alligare: Ille igitur
 qui in arboribus fructibus, prata gramine, terram Ro-
 manus, solem lucem, Cælum stellis, & universum
 orbem quadam elegantia & pulchritudine vestit,
 hocce remanet nudus? Ne tres illi in fornaci-
 cem Babylonicam coniecti pueri nudi rema-
 nerent, & flammæ eorumdem vestes urere
 aut comburere non potuerunt: *Non exigit eos
 nimis ignis.* Dan. 3. Similiter Pater ille Evan-
 gelicæ filii sui graves sustinere & dissimulare
 potuit errores atque defectus, audiatem autem
 ferre non potuit, atque ideo illum ante omnia
 a ministris suis novis indui vestibus præcepit:
 (Vultu filii sui crimina, inquit Chrys. serm. 3.)
 qui non sustulit nuditatem, hinc est quod a
 feris ante vestitum voluit, quam videri.)
 Adam quidem, qui ea quæ Deierant tanquam
 latro rapuerat. (Nam furtum est contritatio
 Parolli Quadragesimale

rei alienæ invito Domino) denudari, ligari, & va-
 pulare debebat, prouti iustitiæ debitum expo-
 scit: at vero verbum incarnatum quod pro o-
 mnium hominum delictis satisfacere volebat,
 hæc nobis debitas poenas in semetipso ferre &
 sustinere voluit. *Adam cum latrocinio furtum Ludolph.
 commisit quando pomum sibi vetitum atrederat. Carib pag.
 Pro cuius satisfactione Iesus tanquam latro voluit 2. c. 59.
 comprehendit qui incomprehensibilis est, & ligari
 qui ligatos venit solvere, & vincula eorum disrum-
 pere.* Porro flagella in Jesum adhibita, juxta S.
 Vincentium Ferrerium, (serm. 1. in Parasce.) tri-
 plicis potissimum generis erant, alia enim ex fu-
 nibus connexa & implexa erant, alia ex spina-
 rum manipulis erant coniecta: alia autem virgæ
 ferreæ erant: ideoque durissima & immanissi-
 ma fuit flagellatio, quam proinde quidam Poëta
 facer flebili hoc carmine sive cantu celebravit:
*Vinctus in his Dominus stetit adibus, atq; columna Prudens.
 Annexus, tergum dedit, ut servile flagellis: in Bibl.
 Persot adhuc replumq; gerit veneranda columna, vet. PP.
 Nosque docet, cum his immunes vivere flagris. c. 4.*

17. Et enim in hac flagellatione quatuor ve-
 luti lapides ob oculos mihi versari videntur: Est
 enim columna ex lapide reali & naturali: Flagel-
 latores autem ob sui truculentiam ipsis quoque
 lapidibus duriores existunt: Flagellatus quoque
 Salvator noster tanta eum constantia verbera
 sustinet, ac si lapis quidam quo vis marmore &
 molari lapide imperceptibilior esset. Denique e-
 go & tu ob cordium nostrorum duritiam lapides
 sumus, qui quovis pietatis genere adhibito nes-
 quaquam emollescimus. Porro unus lapis virga
 Moysis leviter percussus, integrum manavit a-
 quarum torrentem æquænam igitur est cor-
 dium nostrorum stupiditas, quod tot verberum
 in delicatissima optimi Jesu humanitate re-
 ceptorum gravitas & atrocitas, ad eliciendam ab
 oculis nostris vel minimam compassionis la-
 chrymulam minimè sufficiat: cum tamen, ut o-
 ptime S. Augustinus (apud Bernard Sen. ser. 3.
 post Dom. Oliv. cap. 3.) dicit, *pro impio pietas
 flagellatur.* Enimvero nullam sacri Evangelistæ
 de carnificum crudelitate mentionem faciunt,
 nec quot sacratissimæ illius humanitatis vulne-
 ra fuerint recensent, nec quantum pro nobis ef-
 fuderit sanguinem, aut quot ei inflicti fuerint
 verberum ictus, vel quanto tempore flagellatio-
 nem istam continuavit, nec quot flagellatores
 extiterint describunt, idque quia, prouti mis-
 hi imaginari possum, dolore & compassione
 compuncti, tantam emanarunt lachrymarum
 abun-

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicab" and other illegible characters.

abundantiam, ut eadem in chartam fortuito dilapsa ipsam delere potuissent scripturam. Ac proinde o anima mea urinam quantum creator tuus in hac columna passus fuerit, una tecum consideras: nam, *Superadditur, reiteratur, & spissatur plaga super plagam, livor super livorem, fractura super fracturam, sanguis super sanguinem, quousque tam tortoribus, quam in spectoribus fatigatis solvi jubetur à columna, in qua fuit flagellatus, ut contemplatur Ludolphus Carth. 2. p. c. 62.* Considera inquam, ex quo tales sunt Dei alicujus, vel cujusdam innocentis dolores, quos pro peccatis alienis patitur, qualia futura sint tormenta, quæ aliquando pro propriis tuis sceleribus patieris. *Et si tam graviter flagellatus est innocens pro peccatis alienis, quam graviter putas noxios, nisi se correxerint, flagellandos pro peccatis propriis.* Ludolph. ibid.

18. Neque dubium est, quin licet diabolicorum ministrorum & satellitum istorum brachia ex continua diuque flagellatione defatigata omnino fuerint, corda tamen illorum eum torquendo fatiari non potuerint, licet ultra humane facultatis sphaeram eum percussissent sine ulla cordium suorum per compassionem emolitione, & tamen beati utique fuissent, si tot ex ipsorum oculis lachrymas elicuisset pietas, quot sanguinis torrentes ex ejus dorso laboris sui improbi eliciebat impietas. Imo in capta ferocia magis magisque reddebantur atrociores dum viderent, quod huic columnæ a ligatus ad eum modum quo caro & sanguis ejus diffuebat, suam quoque non expiraret animam; ideoque de novo ei intentando tormento fuere solliciti, nimirum ut eum veluti stultum desiderare possent, vestirent purpura, manibusque illius arundinem, infecerunt, summaque cum violentia adhibita coronam impresserunt capiti ejus ex spinis acutissimis implexam & compositam. *Et plebentes coronam de spinis posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus.* Habet autem Deus hoc semper se in more positum, quod ad omnipotentiam suam tanto evidentius demonstrandam, euncta sua prodigia operari solet per media omnino improporionata imo contraria illis, quæ effectus producendus ex sua naturali proprietate expoleret. Sic enim legitur, quod ad cecos illuminandos usus fuerit luto, illudque oculis alias noxium & contrarium, pupillis cæci applicavit. Similiter quando per Prophetam suum aquam indulcorare volebat, aliud ad hunc effectum producendum, non adhi-

bebat ingrediens quam salcem. Porro quando virgultorum omnium debilissima cili, ac proinde Christus de Joanne ad tudas loquens, ait: *Quid existis in desertum videre? arundinem? vento agitatam? Atque ideo hanc manum suam defert tanquam instrumentum ad faciendam & stabiliendam humanam nostram fragilitatem: Arundo comprehenditur non IESU, ut humana fragilitas non jam suam arundo morietur à vento, sed operibus Christi corroborata fundetur, ut opinatur Ambrosius lib. 10. in cap. 23. Luc. Verum enim vero ab hac corona spinea, non nisi post deceptas devotum meditationum pulcherrimas rosas, recedamus. Porro nonnulli sunt qui animam nostram in sanguine residere dicunt, alii vero in cerebro eam esse affirmant: atque ita postquam Hicorati sum ad columnam flagellando animam ejus sanguine requirentes, non invenissent, per coronam spineam capitis piam matrem sive cerebri sinum aperiant, ut animam ejus in cerebro requirant, indeque abigant. Dum autem Domini mei caput spinis cinctum & circumseptum contemplant, in memoriam mihi incidit, quod scribit S. Augustinus libro contra Hæreses, dum Salvatorem cum anima nostra hunc in modum loquentem introducit: *Com mter spinas & montes errares, qua frivis: labori, fidei, caput meum spinis opposui, laceratus sum, in membris meis portavi te.* Theophrastus lib. 4. cap. 15. de spinis Ariani refert, quod ex illis sole creverunt guttulæ quædam instar myrthæ decidant, ac deinceps valde prodigiolæ evadant: Longe autem prodigioliores sunt spinæ capitis Jesu, quæ myrthæ Paradisi sole ad oculum vergente, super divinum Christi caput sanguinis uvos distillant. Huic igitur coronæ spineæ cedant illæ antiquorum coronæ, quæ triumphales, oblationales, murales, civica, navales, & orales dicebantur, licet hæ gemmæ fuerint vel aureæ, longe enim gloriosior est quæ Regis Regum comam cingit & ambit. Hæc coronam ad Deum vide Rege oculo prophetico prævia fuit, quæ quando dixit: *Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* S. Hieronymus legit: *Efflorebit diadema regis, vel corona ejus.* Verum, inquit, quæ ratione coronam spineam effloruisse veritatem potest ostendit? optime quidem; nam vere dici potest, hanc coronam tot progeminasse rosas, quæ fuerunt illæ purpureæ, quæ epunctu per eam factis fuerunt egressæ. Merito igitur &*

Matth. 27.

libere sponsa filias Sion invitare potuit ad Regem suum nobili hoc diademate coronatum contemplantum: *Egre dimini filia Sion & videte Regem vestrum Salomonem, in diademate coronatum, quo coronavit eum mater sua.* O spectaculum admiratione & stupore dignissimum! accurre filie Sion ad eum paucius contemplantum: *Filia Sion admirandum hoc spectaculum astitit, inuicem deest in capite Regis coronam, quam mater ipsa ei circumposuit,* inquit Mylonas. Sic nobis haec corona veluti leprosa anima nostrae, ne infernales fere ad nos devertant ingredi valeant. Non sicut hoc delictae & elegantiae in hortis huius mundi quantavis floridissimis, quantae in spinoso capite nostri Redemptoris Major etenim & inter amara & tunc exhiberi non potuit, quam si quis se pro objecto amato ad atrociam patiendum cepit. Nos equidem pungentes & praecutas haec spinas in capite nostro deferre debebamus, unde Poeta quidam cecinit:

Indignum diadema geris Rex maxime Regum: Debetur meritis ista corona meis.
Et tamen ipse eandem pro nobis ex amore nobis portare non fuit designatus:
Regentem caput & cerebrum gestare coronam Cui amor, cogit vulnera tanta pati.

Hic igitur coronae licet spinae cedant quae sunt inumphales, murales, castrenses, navales, ovales, civice, obsidionales, hederaceae, populaceae. De Elisabetha Regina Hungariae legitur, quod quando Redemptorem vestrum coronam hanc dolorosam, ex spinis acerrimis rigidisque contextam in capite suo portatam considerabat, regium diadema suum in capite suo sustulerit, indignum rata, quod creatura coronam in vertice suo gestet gemmeam vel auream, quando creator in capite suo portat spinam, unde horridis sentibus circumspicimus: *Alit in me procul tanta impietas, ut ibi casum meum currit salvis super me, corona super me, ubi caput Salvatoris mei spinis coronatum acribus peragitur.* Tertullianus libro de coron. mis. c. 1. quoque de milite quodam Romano scribit, quod cum ei corona quaedam castrensis in laqueo seu potius in praemium exhibita generositatis a Tribuno data obtigisset, eandem non in capite, sed in manibus suis portavit, indignum nimirum reputans, ut his qui Christianum se esse profiteretur, coronam lauream vel auream (ut alii volunt) in capite suo

deferat, quando Christus Dux suus spinam in capite suo portavit. Et tamen fatendum est licet non sine nostra confusione & rubore, Deum nostrum ex amore erga nos caput habere spini circumquaque obsecrum & transfixum, nos autem tot vanitatibus floridum atque ornatum: Corona Domini tui spinis est circumdata, & sanguine cupiosissimo tincta, & tua floribus & gemmis elegantissime est adornata, *Pudeat,* inquit Bernardus, *sub capite spinoso membrum esse delicatum.* *serm. 5. de omnibus Sanctis.*

19. Tandem vero Redemptorem nostrum ex profundis hiucisque vulneribus totaliter laceratum, sanguine ubique madentem & livoribus toto corpore maculatum ad Pilatum redierunt, qui videns in quem statum ipsum redegerit barbara Hebraeorum impietas, ut eorundem furorem non nihil placare & mitigare posset, vel fletum eorum animos non nihil ad compassionem perduceret, cum sic crementum & toto corpore laucium velut in spectaculum coram oculis omnium adduxit, dicens: *Ecce Homo.* Quasi diceret: *Ecce, & Hebraei, hic videtis eum, quem tanto odio haecenus persecuti estis, ecce eum prohibitu vestro flagellatum, vulneratum, laceratum, & implacabilis furoris vestri praedam miserabilem factum!* Nunquid adhuc non estis fatiati? Quid amplius circa ipsum fieri desideratis? quidnam pro vestra satisfactione a me insuper expectare vel praerendere potestis? Numquid ipsum nullum proterus in venis suis sanguinem habere videtis? Aspiciet eum & videte, quia nullam toto corpore partem habeat, quae diris modis lacerata non sit: *Quousque irrui in hominem, videbatur cum Propheta diceret: Eum flagellis casum, spinis coronatum, amictu irrisoria veste indutum, persequentium ostentavit aspectibus.* Sed quo fine id ipsum fecit? interrogat sanctus Leo: *Mitigandos proculdubio inimicorum animos excisimavit, ut ex saturatis invidia odii, non ultra jam crederent persequendum, quem tot modis intuebantur afflictum.* Servius Galba vim eloquentiae per suam apud Senatores Romanos in vanum adhiberi censens, prudentissime statuit filios & filias Galli paulo ante demortui in totius Romani Senatus conspectum adducere, habitque spectaculum istud tot orphanorum inspectatorum in cordibus eam vim & energiam, ut ab iis ad compassionem intimam permotis, tandem pro voto & desiderio cuncta impetravit. Corda autem Hebraeorum adeo in odio coacepto in durata fuerunt, ut ad eos placandos, vel mitigandos, nihil profecerit sine orationis e-

D. Bernard.

serm. 5. de omnibus Sanctis.

B. Leo ser. 8.

de Passion. ad paran.

Handwritten notes in the right margin, including the word "diadem" and some numbers.

nergia, siue eorum obsectorum aspectus, quæ ipsissima erant calamitate calamitiosiora. O crudelitas inaudita! *Ecce Homo*, nec tamen emollescent. Quando coram Cæsare allatum fuit caput Pompeii sui iurati & infectissimi hostis, qui mortem ei continuò machinabatur, is in amarissimas lachrymas resolutus fuisse perhibetur: Hi autem ad conspectum talis spectaculi, quod ipsos quoque lapides ad pietatem potuissent permovere, aut ex æncis statuis lachrymas elicere, ne vel minimum compunguntur, nec minimum edunt suspirium, imò hæc Salvatoris nostri ærumnæ & afflictiones singulare erant ferocitatis suæ nutrimentum & pabulum.

D. August.
Tract. 26.
in Ioan. &
Beda ibid.
20. *Ecce Homo*, inquit sanctus Augustinus, non clarus imperio sed planus opprobrio. Si Regi invidetis, O Iudas, jam parcite, quia dejectum conspicietis: flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrosa veste amictus est, alapis cæsus est, feruet ignominia illius, frageat invidia vestra, sed non frigescit, inardescit potius & increfcit. Porò juxta observationem sancti Augustini, quando Pilatus dixit: *Ecce Homo*, digito eum demonstravit, quia flagellatus adeò deformatus erat, ut vix dignosci posset, quod homo esset: Digito illum ostentans, ac fere testimonium ferens, quod homo esset, secus pro homine non habendus.

21. Verum enim verò ad te, ô Pater æterne, me converto, tibi que Filii tui effigiem monstrando, dicam cum Pilato: *Ecce Homo*, Ecce veram miseriarum effigiem, Ecce originale dolorum, in hac forma impiorum carnificum manibus delineatur, num figuram hanc immutatam agnoscis? Ecce speculum pulchritudinis deformæ factum, omniumque opprobriorum & contumeliarum scopus & signum? Non jam amplius ille est, de quo Propheta dicit: *Speciosus forma præ filiis hominum*, si quidem jam factus est omnibus aliis deformior: *Ecce Homo*, ô Angeli Paradisi, quem rantopere videre desideratis! Venite & videte nunc lætitiâ vestram in meram afflictionem commutatam: *Ecce Homo*, ô Angeli sancti, in cuius conspectu vos per triplicatam sanctitatis laudes harmonicis vocibus suavissime concinitis, adversus eundem nunc Hebræi in terris tumultuosus vocibus vociferantur: *Crucifigatur*. O Virgo & Mater sanctissima, veni mecum si videre vis dilectissimum Filium tuum: *Ecce Homo*, Ecce faciem illam, quæ tuas afflictiones lætificabat, nunc totaliter resperam sanguine, quæ proinde consolationes tuas in dolorem commutat.

Psal. 44.

22. *Pilatus adjuccavit fieri petitionem eorum, dimisit autem illum eum, qui propter homines dicitur & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant. IESVM vero tradidit voluntati eorum.* O Iudex iniquus qui innocentia condempnas, ipsam iustitiam mori & inerte imperas! Quoties confessus es te ad eum mortis condemnandum, quod iam in eo invenire causam? Non invenio causam in hoc homine. Nunquid manus tuas abluisti, post hoc te in hanc iniquitatem nequaquam ingere te velle demonstrans, ne adeò manifestam committeres injustitiâ? Et tamen non oblitte quod illum de jure & de factis, innocentem esse censeas, eum morti ad iudicium? que nam major recogitari potest iniquitas! Primò dicitis: *Annuntians ego sum à sanguine iusti huius, & mox mortis sententiam adversus eundem pronuntias. Tollite eum vos & servandum legem vestram crucifigite.*

Vide nunc mire deformatam Filii tui figuram contemplare & deplora dilectum tuum, quam tanta cum lætitiâ genuisti, tanto cum amore nutriti. *Respice, ô Mater, in faciem Filii tui.* O anima Christiana, considera faciem tuam: *Ecce Homo*, de quo eum Psalmista dicebat, quod propter te factus sit: *Opprobrium hominum & abjectio plebis.* Ecce Pastorem tuum, ô anima, perdidisti: *Ecce Homo, repletus multis miseriis, propter peccata tua.* Propter te, ô anima Christiana, caput hoc transfixum est acutissimis spinis propter culpas tuas soles Paradisi, lumina sceleret oculorum suorum sunt eclipsata, propter tua scelera genæ ejus impalluerunt, propter tuos defectus animati Cœli nostri pulchritudo & decor deformatus est; tua peccata fuerunt instrumenta, quæ sacratissimam illam humanitatem dilacerarunt; propter tuos depravatos mires tantus hætenus effusus est sanguis. Tu solus causa fuisti, cur à planta pedis usque ad verticem capitis non sit in eo sanitas. Ecce denique qualiter propter te innocentia sit accusata tanquam rea, sanctitas velut prævaricatrix facta sit condemnata: *Ecce Homo qui peccatum non fecit, nec inveniuntur ei dolus in ore ejus.* Et tamen cum Apostolo dici potest: *Talem adversus semetipsum à peccatoribus sustinuit contradictionem.* Denique cum eum videre & in aperto Crucis ligno pendendum contemplari desideres, per singultus & suspiria ad hoc te præpara, donec ego non habili recipere vero.

PARS TERTIA.

22. *Pilatus adjuccavit fieri petitionem eorum, dimisit autem illum eum, qui propter homines dicitur & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant. IESVM vero tradidit voluntati eorum.* O Iudex iniquus qui innocentia condempnas, ipsam iustitiam mori & inerte imperas! Quoties confessus es te ad eum mortis condemnandum, quod iam in eo invenire causam? Non invenio causam in hoc homine. Nunquid manus tuas abluisti, post hoc te in hanc iniquitatem nequaquam ingere te velle demonstrans, ne adeò manifestam committeres injustitiâ? Et tamen non oblitte quod illum de jure & de factis, innocentem esse censeas, eum morti ad iudicium? que nam major recogitari potest iniquitas! Primò dicitis: *Annuntians ego sum à sanguine iusti huius, & mox mortis sententiam adversus eundem pronuntias. Tollite eum vos & servandum legem vestram crucifigite.*

IESUM autem flagellatum, tradidit eis, ut
 crucifigeretur. Nunquid audis, quod is quoque
 qui eum tradiderat, suum tandem proprium cri-
 nocentem accuset. Christusque faretur & refteretur
 innocentiā. *Peccati tradens sanguinem iustum?*
 Porro S. Thomas multas adducit rationes, pro-
 pter quas Christum mori decuerit. Primum vide-
 licet, ut satisfaceret pro genere humano: *Quod ei
 pro mundi peccatis pro peccato.* Secundo
 ut verum se esse hominem, veramque assumpsit
 humanitatem, non verò corpus eorum vel
 phantasmam demonstraret. Ita sanctus Euse-
 bius: Si aliter post conversationem cum ho-
 minibus evanescens subito evolare fugiens
 motibus ab omnibus compararetur phantasma.
 Tertio, ut morte sua mortem nostram faci-
 leret & gratiam redderet, nobisque mortis timo-
 rem periret: *Ve moriendo nos à timore mortis li-
 beraret.* Quarto, ad dandum nobis exemplum,
 quo instrueretur quod sicut ille moriebatur
 propter corpus, ita nos peccato moreremur sem-
 per, vivere Deo. Id quod S. Paulus opti-
 mus in nobis videndum ait: *Ita & vos existimate mor-
 tui esse peccato, viventes autem Deo.* Quinto, ut
 moriendo mortem superaret, & vinceret, suam
 que refferetur divinam virtutem sese post tris
 dies resuscitandam: unde Apostolus dicit: *Si Chris-
 tus sepelitur quod resurrexit à mortuis, quomo-
 do in vobis dicatur, quod resurrexerit mortuo-
 rum.* Et Angelus Doct. breviter concludit:
*Moritur pro peccatis, sed mori oportuit, ut pro
 peccatis satisficeret, veritatem assumptam
 non ostendat, à mortis timore nos eriperet, mori
 pro peccato moneret, & ad futuram resurrectio-
 nem animas nostras pararet.*
 21. Porro Sadducei & Rabbinii in consilio
 congregati ad invicem dicebant: *Quid agendum
 est de Iesu Nazareno?* Cum ecce Caiphas sepe cri-
 gens animi sui sententiam hunc in modum edi-
 cit: *Esperidi ut unus homo moriatur pro populo, &
 non tota gens pereat, quasi diceret:
 Propter tota mactetur iustissima gens.
 Ne gens unius criminis tota cadat.*
 Theodoretus existimat quod licet Caiphas
 istam intentionem habuisset tamen ex sin-
 gulari Spiritu. S. inspiratione locutus fuerit: *Hoc
 autem ipe quidam pravo dixit intentione tamē, Spi-
 ritus & gratia ore eius usque ad futurum praesidium.
 Sic promittit etiam Evangelista ait: Hoc autem à
 prophetis non dixit sed cum esset Pontifex anni il-
 lius prophetavit, quod Iesus moriturus erat pro
 gente.* Imo tunc consilio pari & unanimitate con-

sensu Christum mori ad iudicandum esse vide-
 batur, dicebant enim: *Si dimittimus eum sic, ve-
 niunt Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.*
 O infelices, o gentem sceletatam! o confilia-
 rios praecitos! inquit S. Aug. in cat. D. Tho-
 ubi supra. Plus perdit homines cogitabat, quos
 modo noceret & perderent, quam quomodo
 sibi consulerent, ne perirent temporalia perdere
 timerunt, & vitam aeternam non cogitaverunt.
 24. Verum tu, quid dicis, o Pilate? quodnam
 est verum tuum? consentisne ut innocens Do-
 minus noster moriatur? Imo vero. O te iniquum!
 sed quem errorem commisit: quoniam causa ad
 tantum scelus te permovet etiamne te tu ad ver-
 sus sanctitatem conjurasse demonstras? Enim
 vero, o animae Christianae, videte quantum in
 cordibus nostris humani interesse passio praevaleat:
 Ad conservandam etenim: Caesaris amicitiam,
 Pilatus Dei amicitiam perdere nec quicquam
 curat: *Si hunc dimitis, non es amicus Caesaris.*
 Quid igitur facies, o Pilate? Num tam
 horrendam committendo iniustitiam divinam
 Majestatem offendes, ne tibi in conservanda
 puri hominis amicitia praedjudices: *Pilate au-
 tem cum audisset hos sermones, tunc ergo tradidit
 eis illum ut crucifigeretur.* O malitiam iudicis,
 qui conculcando iustitiam, & divinas contem-
 nendo leges, propriorum sit commodorum idola-
 tra. Hæc etenim decretorum suorum primum
 mobile sunt, & stella in qua figuntur &
 firmantur eorum consilia. Hæc Pharaonem in-
 duxerunt, ut legem quandam promulgaret, qua
 obstetrices omnes jubebantur occidere masculos,
 qui in suo nascebantur Regno, & in universa
 Ægypto. Hæc Herodis crudelitatem instiga-
 runt, ad sanguinolentam tor innocentum
 puerorum stragem. Quid mirum igitur, si Pila-
 tus ex suspitione & formidine amittendi Caesa-
 ris amicitiam inducatur ad decidendum iniquam
 sententiā, & mortis condemnandam ipsissimam
 innocentiam? *Et Pilatus ad iudicavit fieri peti-
 tionem eorum.* Et ut S. Marc. refert: *Volens populo
 satisfacere, dimisit illis Barrabam, & tradidit
 Iesum flagellis caesum, ut crucifigeretur,* ad pro-
 prium etenim timorem amittendi commodi,
 non vero ad honorem Dei respexit: (Timore
 ductus magis, quam juris aequitate decrevit
 condemnare Christum inquit Guilielmus Pa-
 rill' stat 6 Christi patientis, & iudicavit Pilate
 secundum allegata, at non secundum probata.)
 25. Verum enim vero supposita divina praesentia
 & determinatione in sanctissima Tri-

Ioann. 12.

Ioann. 19.

Luc. 13.

Marci. 15.

nitatis confessorio circa mortem Christi facta, necessum erat ut Christus moreretur, præstaretque æterno Patri obedientiam. Et tamen Deus per suam scientiam & providentiam aliud pro mundi redemptione invenire medium posset, aramen ut docet Doctor Angelicus Tho-

Idem q. 47. art. 2. Et D. folio 216. & 217. (Supposita divina præscientia fuit impossibile alio modo, quam per passionem hoc tantum bonum humano generi præstari.) Ad hæc congruum etiam erat ut moreretur, ut per actum obedientiæ offensam Patri æterno per inobedientiam illatam plene refarciret; (Ut sicut per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per unius hominis obedientiam iusti constituantur multi. (inquit sanctus Thomas: Erat in super conveniens ut condemnaretur ad moriendum in cruce, cum enim à ligno omnes nostræ deriventur miseræ, iustum quoque erat, ut inde omnis nostra felicitatis nasceretur. Juxta

D. Aug. ser. de Pass. Do. præceptum accipiens ex arbore pomum, sed quæ apud D. Th. quid Adam perdidit, Christus in Cruce invenit. Etenim sanctus Joan. Chrysolomus dicit Christum in Cruce mori voluisse, ut brachiorum suorum unum porrigeret Hebræo, alterum vero ad gentilem extenderet: In Cruce expansis manibus moritur, ut altera manu veterem populum, altera eas qui ex gentibus sunt trahat. Vel etiam cum sancto Augustino affirmare possumus, Christum condemnari debuisse ad moriendum in Cruce, ut figuris responderet, nimirum Aræ Noe, quæ multos liberavit à naufragio: Virgæ Moysis cuius virtute divisæ sunt aquæ maris rubri, populus Dei salvatus est, & submersus exercitus Pharaonis. Item ligno, quod Moyses aquæ immittens ex amara reddidit dulcem: Demum lignis super quibus Abraham arietem Deo in sacrificium obtulit. Denique concludit sanctus Thomas ubi supra in Concl. Congruum fuit, ut is qui pro omnium salute moriturus adveniat, & pro peccato primi hominis satisfactorius, non aliam quam mortem Crucis pateretur.

D. Aug. ser. de Pass. Do. manibus moritur, ut altera manu veterem populum, altera eas qui ex gentibus sunt trahat. Vel etiam cum sancto Augustino affirmare possumus, Christum condemnari debuisse ad moriendum in Cruce, ut figuris responderet, nimirum Aræ Noe, quæ multos liberavit à naufragio: Virgæ Moysis cuius virtute divisæ sunt aquæ maris rubri, populus Dei salvatus est, & submersus exercitus Pharaonis. Item ligno, quod Moyses aquæ immittens ex amara reddidit dulcem: Demum lignis super quibus Abraham arietem Deo in sacrificium obtulit. Denique concludit sanctus Thomas ubi supra in Concl. Congruum fuit, ut is qui pro omnium salute moriturus adveniat, & pro peccato primi hominis satisfactorius, non aliam quam mortem Crucis pateretur.

26. Tantum autem fuit Hebræorum ad Filium Dei crucifigendum desiderium, ut nullum præparandæ Cruci ad exequendam sententiam tempus admiserint; & tamen hæc alta erat pedes quindecim, lignum autem quod in transversum extendebatur octo habebat pedes longitudinis: & cum gravis adeo esset, ut

Anton. de Esob. t. 1. l. 11. c. 19. §. 2. n. 7.

eam vix portare posset viraliqui non vulgari fortitudinis, illam tamen Salvatoris nostri, ob tanti sanguinis effusionem & ad columnam terata flagella debilissimi, humeris imposuerunt. *Et bajulans sibi Crucem exivit in eum, qui dicitur Calvaria locum. Quam libenti autem ac prompto animo eandem portavit, idipsum à B. Laurentio Justiniano de triumpho Christi agere. 16. clare satis audite: Surrantibus hæc in vicem turvis qua convenerant ad spectaculum, ecce jam Dei Filius egreditur de janua, Crucem super humeros ferens: Incedebat demisso vultu, vestitu humilis, fatigatus & anxius, quippe qui tota hæc fuerat flagellatus, colaphizatus, compertus, illatus, atque oppressus. Porro iter hæc quod mundum Salvator montem Calvaria ascendendo contemnit, Beatus Simon apostolus Cassianus contemplando meditabatur, eumque tacitus intremulgabat dicens: Quare deseri O Domine hæc agnorem sarcinam. Audite tunc quidam per hæc verbis responderis: Porro lignum, ut præter humanas artes ex ipso faciam gradus ascensum in celum: Porro lignum suspendendum in vobis ut monia traham peccatis ad meipsum: Porro lignum mortis & vitæ.*

27. Verum ò animæ peccatrices nimis hæc Crux gravis est humeris Redemptoris nostri quapropter in ea portanda nec non deferendis omnibus Passionis suæ dolorosis instrumentis non nihil eum adjuvemus; Vos ò mulieres traxæ & superbia ac ambitione plene spinam portate coronam, vos enim elitis quæ per vanitates vestras Cap. Dei nostri transigitis Vos ò avari sanguinis monetæ colligite, hæc enim ob usuras vestras copiose funditur. Accipite vos ò carnales acetbas corporis sui discipulas & flagella, quibus ob vestras lascivias castigatur. Vestra ò iracundi est Lanca, nam ob vestras inimicitias atque vindictas hæc pectus aperit Creatoris, vobis ò gulosi sel debetur & acerum, quocum ob vestras crapulas suavissima Jela labia amarificantur. Agedum ò peccatores ampleximini Crucem, camq; humeris vestris deponate, vobis enim illa convenit. Nunquid enim Dominum illam vobis offerentē auditis, dum ait: Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Hæc Crux nostra est, quia nos illam millies meremur, nos enim crucifigi debereamus, ac proinde dicit: Tollat Crucem suam non meam. Unde Palchatus ait: (Non enim suam sed nostram portat Crucem, ideo jubetur nos nostram portare Crucem.)

Quia etiam sua est in qua patitur homo Deus, nota tamen est qua redimimur & salvamur. At vero beatus Archiepiscopus Valent. Thom. de Villa nova conc. 3. de uno mart. hanc dolorosi Redemptoris nostri invitationem alio modo exponit quasi diceret: *Matrem non poterit, gravissimam esse vim & pondus, & quam nullus puri hominis humeris portare sustineat. Non meam injungo sed illam suam leve & facilem, portabilem.* Non ut Crucem meam ferat & te requiro, non sanguinis effusionem, non ut membra tua lacerentur, non ut commentis subiacas, non ut spinas meas delectas, non ut flagella mea sustineas, sed unicum tantum suspirium a te expecto, unicum contritionis actum, unicum a te lachrymam desidero, hanc enim sufficit.

22. Etiam vero nulla Hierosolymis platea vel vocatur, in quo non audirentur clamores juvenum, quae in eum omni cum rigore & severitate credebatur. Porro Joannes Mariae Salome Matris suae domum petebat, in ea enim Virgo mater morabatur, ut eidem de omnibus quae acciderant relationem faceret: *B. Ioan. qui scripsit ad herannillam secutus fuerat Magistrum, & Cognatum suum Christum, mox currit ad domum Matris suae Salome in qua bene novitiam suam Christi Matrem cum aliquibus devotissimis adesse, inquit Patiensis, Huc autem cum venisset mortuus potius quam vivus, vultu pallido, tremula voce, suspirantibus labijs, & oculis ad pedes desolatae Matris suae profusus loqui volebat, sed conatum non habebat cordis angustia: quem proinde Virgo prostrata in pedes enigi fecit, hinc eum fere vultu decuta: Omi clarissime Joannes, quae mihi haec nova adfers? Ubi est Jesus Filius meus? Ubi est detegit, vivitne, an mortuus est? Item Discipuli verba suspiria interceptabant, nec respondere poterat, unde oculis duntaxat loquatur, respiciendo Mariam: Unde Virgo mater subyungit Eheu mi Joannes silentium tantum, nullusque planctus valde me affligit: Quid mihi adfers nuncij, o mi dilecte? vitare an memis? Quam mihi de dilecto meo Jesu relationem dabis? Apostolus igitur animum reserens, secumque & lachrymas sistens, inter suspiria cruciatu manibus, & elevatis in caelum oculis, hinc verbis exclamabat: O me infelicem, cur in hunc mundum natus sum? Nunquid a mortui melius erat quam vivere ad videndum aedem funesta spectacula? Num fieri poterit ut quem hunc vivus claudam, & non*

potius anima a corpore dissocietur? O Pietatis M. Maria, si dilectum tuum videre desideras in hoc momento hinc recedas oportet, & in montem Calvariae gressus meos subsecuta te confers, eo namque filius tuus Crucis mortem subiturus deducitur. Hinc auribus meis Pilati sententiam audivi, vidi hinc oculis meis Crucem humeris eius imponi: In mea praesentia praenimia debilitate sub Crucis pondere exanimis saepius concidit. Porro verba haec Joannis Cor Mariae instar sagittae trajecerunt, unde vultus ejus factus est quasi pallida Rosa, quae languescere incipit, unde deficientibus in ea Spiritibus vitalibus in deliquium velut moritura cecidisset nisi brachijs Magdalene, Joannis, & Salome sustentata fuisset. Tandem igitur resumpto animi vigore, ne Jesum suum videndi occasio elaberetur, supradictos comitata in Montem usque Calvariae egressa fuit. Ambulabat plorans a desiderio pariter & dolore instigata. Denuo oculis considerabat, quas dilectus Filius pertransierat vias sanguine feminatas & confusas, qui in Mariae pectore alium fructum non producebat quam afflictionem. Unde Joanni dicebat, hic utique est sanguis Filii mei quem dum video sanguinem viscerum meorum congelati sentio: o Judaica perfidia! Quamnam unquam a Filio meo recepisti injuriam, ob cuius compensationem & vindictam tantum debuit effundere sanguinem? O dilectissime Fili ipso quoque lapides proprii tui sanguinis pura vestire voluisti? Et vos o lapides & saxa quomodo liquore adeo pretioso humectata praepietate non dirupta? Dum autem inter haec pius & lachrymabundus affectus gressus suos prosequitur Veronicam sibi feliciter obviam habuit.

29. Etenim satis credibile est Mariam valde sollicitam fuisse ab hac pia Muliere re-
Ant. de Esc. 2. l. 11. c. 19. sec. 1. §. 1. n. 4. f. 473. & Paris. ibid. fol. 469.
 rum circa Filium suum gestarum aliquam percipere relationem. Unde liceat hic mihi MARIAM introducere Veronicam Sponsae verbis alloquentem & dicentem: *Nam quem diligis anima mea vidisti? Cantorum quinto.* Quasi diceret, dic mihi, o sancta mulier, si de dilecto Filio meo novi quid dicere nosti? Dic mihi, ubi sit infinita illa pulchritudo Paradisi? Veronica autem, quae nullam rerum gestarum habebat notitiam, quae haec sint corporis dilecti sui lineamenta, interrogat dicens: *Qualis est dilectus tuus, O pulcherrima Mulierum?*

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicat" and the number "26".

lierum. Cui illa : Adeo est in vultu speciosus & elegans , ut quævis pulchritudo in comparatione sui deformitas esse videatur. In ejus namque vultu in tranquilla pace candor liliorum , & rosarum purpura pariter resident : Coma ejus quædam ex auro filato massa esse videtur ; Oculi ejus columbinis oculis similes sunt , nimisque ejus pulchritudo subito spectantium rapit affectus : *Dilectus meus candidus & rubeus , electus ex millibus* Cui Veronica respondit. Quod si talia , ô mæstissima Mater , sunt filij tui lineamenta , non est quod ultra progrediaris , is enim qui hodie ad patibulum ducitur , nihil cum recitatis hisce lineamentis commune habet , imo idem vera quædam est ipsissimarum miseriarum , & deformitatum effigies ; *Videmus eum , & non erat aspectus , neque decore* , imo ne vel minimam corporis sui partem habet , quæ flagellis non sit dilacerata : *A planta pedis usque ad verticem capitis , non est in eo sanitas*. Coma ejus nullum auri colorem refert , sed gelido innexa est sanguini , oculi ejus non rutilant aut scintillant instar Columbarum , sed solis Eclipsati speciem referunt. Genæ ejus nullam habent cum Lilijs & Rosis similitudinem , sed pallidæ & lividæ sunt sicut plumbum , totusque vultus ejus sanguine gelido deturpatus est , & foetidiorum sputorum spurcitie. Vix eum intuita sum , cum ecce viscera mea mihi emolli-ri pensis , unde pietate commota , hoc lino è capitis velamine sublato vultum ejus absterxi , cum ecce firmissime eidem impressa hæsit ejusdem effigies , quam proinde in hac explicata tela tibi demonstrato : videigitur hanc effigiem & ex ea si hæc sint vultus filij tui lineamenta , arbitrare : Cum mox Virgo subjunxit : *Heu me omnium matrum infelicissimam , quid in hac tela video ; in hoc quippe celo solem illum ob- tenebratum esse conspicio , qui afflictionum tenebras dissipare & profligare solebat ; facies hæc adeo tenebrosam mihi noctem representare videtur , ut ne ipsæ oculorum stellæ in ea velut in celo splendescere aut scintillare videantur. Interim ô pia mulier cælum tibi exhibitam mihi pietatem tuam compense : Tu verò ô Joannes una mecum gressus accelera , ut satis mature eum videre eique tantis in angustiis , priusquam moriatur , subvenire valeamus.*

30. Porro universa civitas , & cum ea omnia loca circumvicina ad dolorosum hoc spectaculum curiose concutebant , præcipue verò mulieres piæ & devotæ erga ipsum , quæ

tamen sicit eum oculis intueri non poterant : *Plangebant & lamentabantur eam*. Ipsi quoque ministri utiq; amare plangebant , nisi tantum potius quam humanum cor in pectore suo habuissent , afflictus autem Dominus ad lamentantes hæc mulieres conversus , easdem à se cessare , aut si omnino illis flere liberet super lamentis & super filios suos plorare iussit. *Conversus ad illas Iesus dixit : Filie Iherusalem nolite flere super me , sed super vos , & super filios vestros* q diceret : non doloris & lachrymarum fœtalibus , sed in vera cordis lætitia & risu paratandum est morti innocentis. *Nolite flere super me* exponit Theodoretus , Nam Eum qui ultra patitur , flere non oportet , sed magis ei applaudere , & deo eas flere vetat. *Nolite flere* , inquit Beda , *quia Tertia Resurrectio mortem solvere potest , cuius mortis & omnem mortem & ipsum mortis destruatorem est qui horem*. Etenim mulieres hæc illos nobis representant , quæ pœnas alienas , non vero culpas proprias deplorant , ut scribit Ludolphus Carth. *Typum gerébant iste mulieres eorum , quæ alijs compatiuntur , & miserantur , sed non filios aliorum peccata deplorant & acculant , sed de peccatis moribus non curant*. Enim verò in turba hæc quæ filium Dei ad mortem comitabatur , quatuor præcipue personarum genera confideo , nimirum carnifices qui eum torquebant ; Iudeos qui eum deridebant : curiosos qui eum observabāt spectatores , ac dem amicos qui eum desolebant. Vos igitur qui afflicto Domino nostro fletu vestro vos compati non probatis , de numero amicorum ejus non estis sed potius de numero tritorum aliorum *Tu si Christi passus non dicitur , sed lugens , nō es de turba amicorum Christi qui quidem non cum devotis mulieribus sequebantur lugentes*.

31. Postquam verò Hebr. Calvarie montem conscendissent , mox eorum quidam clavos præparare , alij malleos conquirere , alij funes curare , alij Crucem in terra jacente acco modo ad alij fossam pro eadē in terra plantanda effodere , alij manus ad vestes Domino detrahendas extendere cœperunt. Erant autē vestium pannorum vulnere carni , adeo firmiter affixi , sanguiniquam gelido impacti , ut vestes Domino detrahentes priora renovare & dilatare vulnere debuerunt , unde novi denuo sanguinis rivus scarunt & curant cœperunt. Enim verò admittor , hic in illis Hebr. crudelitatem , & propter incomparabilem Creatoris patientiam attonitus hæro nec discernere valeo an illi tanquam magis atrocis & terribili , an vero huic tanquam magis

Cant. 5.

Isa. 53.

Job. 2.

collanti palma debeat, an major fuerit carni-
 ficum in vulnerando trauelentia, an Christi in
 saluandis vulneribus & plagis maior patien-
 tia. Illa enim est incredibilis, hæc inexplicabi-
 lis, illa terminos excedit impietatis, hæc verò
 profundas est inextimabilis & infinita. O igitur
 profundæ Hebræorum crudelitatem, quæ pa-
 tiendo habet: ô inextimabilem Domini mei pa-
 tientiam, quæ non habet terminum! Etenim
 præterit JESUM nudo corpore consistentem
 supra Crucem in terra extensam & prostratam
 voluere deiciunt, ô Pater æternæ, num igitur
 nos hæc tam tolerata horrenda supplicia non
 sufficimus? Ergone Crucis quoque tormentum
 inter omnia periosissimum perpeti debet?
 Iuxta Tullios delictum quoddam à Cajo Ver-
 rone committam (dum Publium Ganium prius
 inter verberibus confectum, postea in crucem
 attigere) ulterius exaggarare non valens, in
 hac eadem reba prorupit: *Facturus vincire ci-
 uem Romanum, scelus verberare, prope patri-
 cidium uere: Quis dicam in crucem tollere? se-
 ptimum crudelissimumque supplicium.* Quid
 quætos non jam de Cruce Gani, sed Christi,
 præter christi cuius Romanus, sed unigeniti Fi-
 lii Dei dicemus? Hebræi utique illum vinculis
 ligando quæ quidem commiserunt deli-
 ctum. *Scimus vincire Deum, sed in super eum fla-
 gellato ô quantum ab iis patratum est scelus!*
patratum, dum autem præterea eundem
*uolunt, temeritatem admiserunt inexpli-
 catum patricium neare.* Denique cum eum
 ad crucem crucifixerunt, quantum peccarint expli-
 cat nequit. *In Crucem tollere? q. d. Orator Ro-
 manus, quam grave hoc tormentum sit huma-
 niæque exprimit nequit: Terribilium crudi-
 lissimumque supplicium.* Vos quælo id ipsum
 necesse cogitate, dum tormentum hoc Demi-
 tui in manu sua experiri incipit. Apprehensum
 quæ canisæ clavum palmæ adaptat, demum
 ius levato per dexteram malleo repetitis scru-
 bus dextram Domini crucifigit. O manus be-
 nediçta, hæcne est pro tot tam Hebræis, non
 quam uero modo collatis beneficiis com-
 pensationis retributio? Dextram hæc quæ sa-
 cratam leuissimè iustitiam retribuit, nunc huic
 legem illam esse conspicio? Te quæ Paraly-
 ticorum consolidasti plantas, ut easdem libere
 motu & gressibus faciendis adhibere possent,
 nunc immobilis esse video! Et quidem fue-
 rit hi mallei ictus adeò validi, ut nervos
 dextræ manus adeò contraxerint, ut alterum

brachium ad sibi determinatum signum sive
 Crucis foramen pertingere non poterit, ac pro-
 inde opus fuerit funem eidem alligare, illudque
 posito carnificis in pectore Christi pede adeò
 fortiter attrahere debuerit, ut parum abfuerit,
 quin brachium illud ab humero fuisset avulsam,
 id quod à Davide prævisum fuit, cum ait: *Fode-
 runt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt
 omnia ossa mea.* Manumque hac ratione violen-
 ter attractam altero quoque clavo pari cum
 crudelitate transfixerunt. O diram & inima-
 nem crudelitatem! Et quidem ô Ministri quo-
 modo tantum animi habere potuistis, ut clavo
 manum illam, quæ omni proflus culpa caret
 transigeretis? O benignissimæ Salvatoris nô-
 stri manus, vos inquam, quæ cælum adornastis
 stellis, terram veuistis floribus, nunc video cla-
 vis transfixas: non jam floridæ estis ex hyaci-
 this, prout sponsa dicebat, sed sanguine maderis,
 & vulneribus elaboratæ estis sævissimis. Verum
 uti video ulteriores progreditur sæva Hebræorum
 barbaries, nam à manibus jam ad pedes pec-
 transeunt, eisdemque super se in vicem positos,
 & clavis dire perforatos triplicatis gravissimi
 mallei ictibus cruci innectunt. O sacrosancti
 pedes, quot pro animarum salute gressus perfe-
 cistis, quoties ad succurrendum egenorum ne-
 cessitatibus quaquaersum ambulastis? Vos
 quibus cæli taperum loco debentur, nunc cruce-
 m infame illud lignum pro scabello habetis,
 vos quondam, ne vel minimo vestrum tincto
 vel humectato vestigio super mare ambulastis,
 nunc verò in horrido sanguinis lacu submersos
 vos esse video, ô chari, ô beati pedes vobis non
 in hoc paribulo clavi, sed in altissimo throno se-
 pra debebantur & coronæ. Enimverò quales
 Mariæ hæc omnia coram spectantis dolores fue-
 rint, nulla unquam lingua pronuntiare poterit:
 qualia fuerint martyria Matris, dum suum tam
 ditum in modum cruentati & vulnerari vidit fi-
 lium, nulla id facundia quantumvis eloquens,
 pro minima licet parte enarrabit; omnes etenim
 pœnæ & dolores JESU in corde Mariæ, veluti
 in succincto compendio recollecti erant, nullum
 erat in sacratissima Christi humanitate tormen-
 tum, quod suum in anima Matris non haberet
 reflexum.

32. Ac verò quanta sanctissimæ Matris & Fi-
 lii dolores acceperunt incrementa, quando Cru-
 cem in terra plantandam sublevarunt in æta ista
Ludolph. levatio non dubium, quin maximi doloris fuerit, Carib. p.
eo quod tunc lacerabatur vulnera manuum 2.c.63.
 V u u

Guil. Pa-
 ris stat. de
 Christo
 patiente
 fol. 471.

Psal. 215

Handwritten notes in red ink on the right page, including the word "Liber" and other illegible characters.

Et pedum ex ponderositate corporis, profluxerunt quo copiosi rivi sanguinis undique ex illis magnis scissuris et fontibus saluatoris, inquit Ludolphus Carthusianus. Etenim Christus in hac ecclesia Cruce velut in Cathedra consiltebat (inquit S. P. N. Augustinus) in qua præclara ad honorem Dei, nostramque utilitatem redundantia tradidit documenta: *Se habuit sicut Magister in cathedra, et lignum pendens, factum est cathedra docentis.* Septies autem in cruce locutus, septem quoque nobis valde præclara documenta edidit.

D. Aug.
apud Lud.
ibidem.

33. Et quidem in primo verbo nos inimicis exhibendam esse docuit charitatem, dum ait: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, Luc. 23.* Ad quas voces S. Anselmus serm. de Passione exclamat: *O verbum magna patientia, magna dulcedinis, magni amoris, et indicibilis ebaritatis.* In hisce etenim verbis adimpletam videt regii Palatis prophetiam: *Frooo ut me diligentes, detrahant mihi, ego autem orabam* Psalm. 108. Porro Patrem suum ut nobis offensam suam ignoscatur, rogat, non quia ille alias offensas remittere non possit, aut non velit. *Sed ut nos prosequentibus orare doceret, non solum verbo, sed opere, inquit Chrysostomus.* O amantissime crucifixe JESU, cum justam haberes causam lamentandi in cruce de flagellis, dolendi propter spinas, conquerendi propter clavos, indignandi propter opprobria, vindicandi illatas tibi injurias, tu omnis tibi illati martyrii omniumque dolorum oblitus oras pro iis, qui te oderunt, omnibusque te persecuentibus ignoscis: *Christus flagellis caesus, spinis coronatus, clavus confossus, crucifixus, opprobriis saturatus, omnium dolorum immemor ait: Pater, ignosce illis, inquit Bernardus.*

34. In secundo verbo peccatorum pectoribus spem inferere voluit, bono latroni dicendo: *Hodie mecum eris in paradiso, Luc. 23.* O verba misericordiam plenissima, et quibus peccatores accipere debent argumentum fiduciam in Deum, ejusque divinam pietatem, usque ad extremum vitam spirituum. Audite hac de re loquentem Anselmum: *Hoc verbum secundum magni amoris et gratie ac consolationis fuit, in quo Christus nobis exemplum perfectæ spem et fiduciam reliquit, ut nullas de venia peccatorum, quantumcunque enormium ne dum in vita, imò nec in mortis articulo desperare debeat, cum iste latro, qui nihil boni fecerat, sed suo testimonio mortis supplicio dignus erat, veniam consecutus fuerit. Ac proinde cur non quoque tu, o peccator, culpatum tuarum veniam expolis? num forte illum tibi minime condonaturum esse for-*

D. Ansel.
et Lud.
de Saxon.
part. 2.
cap. 63.

midas: *Pone timorem, et ne tardes affectu penitentia elicere, promptus namque Deus erit, et omnibus offensis tuis ignoscatur, et paradiso tibi eadem qua latroni pietate ac liberalitate donet. Nunquid S. Ambrosium loquentem audis: *Cito ignosce Dominus, quia cito latro convertitur.* O felix et fortunatus latro, qui si manum ad crucem affixis in prima vice conatus tu regnum caelorum ad te rapuisti, quoad magis millies alias liber ad te rapere potuisses! *At latrocinio vitam perdidit, inquit S. Cyprianus, hic latrocinio vitam furatur sempiternam. Uadeant Sedulius:**

Abstulit iste suis caelorum regna rapinis.

35. In tertio verbo, quo matrem Joannem Joannem matri recommedavit, dicens: *Mater, ecce filius tuus, deinde dicit Discipulo: Ecce mater tua, Joan. 19.* demonstrare nobis voluit, quid affectus noster erga genitores soltos esse debet: (Hoc tertium Verbum Christi fuit matrem sollicitudinis et pietatis, et quod non tantum doloribus constitutus, matris misericordiam gerens, et ei de ministro providit.) Verum afflictiissime JESU, cur dilectissimam Genitricem tuam non Matris vel Matris nomine appellasti, sed eam mulierem vocare voluisti, quod genericum quoddam nomen est, omnibus mulieribus aptum? *Quis enim sine flagitio potest cum hæc verba dicentem? Non dicit et Mater, sed mulier, ne matris dolorem amplius extenderet.) Ludolphus ibidem.*

36. In quarto verbo, quo conversus ad Patrem dixit: *Eloi, Eloi, lama sabachani id est, Deus meus, us quid dereliquisti me?* in voce obois primo voluit, uti S. Augustinus observat, quod nostris adversitatibus ad Deum nobis recommedandum sit pro auxilio: *Et ostendit et effectum orationis, qua sicut sentum accipienda est contra peccatorem in tempore tribulationis. Secundum hanc exclamationem demonstrare voluit quanta sit miseria peccatorem aliquem a Deo derelictum esse: *Ostendit magnitudinem sui delicti, sicut Ludolphus, quis secundum S. Ambrosium ibid. Quorum suscepit naturam, horum plura miseriam.**

37. In quinto verbo sitim demonstrat, qua redemptionem & salutem nostram arbitrat. Unde S. Bernardus interrogat: *O Domine, Quid sitis? Respondet: *Fidem vestram, salutem vestram, gaudium vestrum, plus accipiam de vestram, quam corpori mei cruciatibus accipere de-**

Angustibus: *Sitis tua salus mea, cibus tuus ve-*
lamenta mea. Unde aeterno Patri cum Simeone
dicitur pariter: Tu dedisti in manus servi tui salu-
tem hanc maxillam, atque victoriam, et in siti
moritur. Verum cum dolorissimus crucifixus no-
llet IESUS pro sui moti cogatur, vos, & animae
perpetras, oculos vestrorum lachrymas ei-
dem ad minus pottingit: Sicuti affertur aquam qui
habuit in terra australi; inquit Ilias. Porro He-
braei ei potum dederunt amarissimam quan-
dam ex aceto & felle confectam mixturam, cum
etiam Christus fidei iustus noster existat, iustum
erat ut cum Adam fructus dulcedinem gustave-
rit, filius Dei pro Adamo & posteris eius fellis
de aceto amaritudinem degustaret: Et dederunt ei
potum cum felle mixtum. Unde Ludolphus ait:
(Per hoc eam diluitur primus ille malè delecta-
bilis gustus, nam cum per gustum ligni suavis &
venit totius nocte perditionis causa extiterit
peravacator Adam, opportunum fuit & con-
gruum per suam contrariam invenire saluti no-
strae remedium.

14. In sexto verbo dicens: *Consummatum est,*
 14. docete nos voluit virtutem perfectan-
 tam bonis operibus. O felix est anima illa
 quae Christi imitatrix facta cursum vitae suae in
 gratia Dei terminat, & cum eodem dicere po-
 test: *Consummatum est.* Felix qui poterit dicere
 IESU: *Consummatum est, cum IESU qui est*
Alpha & Omega non est primum in inchoatione, sed
in consummatione, non datur de mariis incipienti-
bus per ventibus. Tu, & anima, quae in hac
 vita propter afflictiones quas ob culpas tuas
 Dominus noster patitur, contereris, esto perseve-
 rans, sicutem spes nostra, ut inquit Eusebius B-
 rasilensis hom. 7. ad Monach. *Omnes in consum-*
matione aequo in fine consistunt. Ecce adimpletas
 scripturas, prophetias, & oracula, ecce opera redem-
 ptionis nostrae plenissime consummata: tu igitur
 propter salutis tuae opus consummare identi-
 dem fange.

15. Ultimo denique verbo, quod Christus vi-
 tum suum in cruce terminans dixit, spiritum suum
 Patri recommendavit, dicens: *Pater in manus*
tuas commendo spiritum meum, Luc. 23. & con-
 sequenter nostras quoque animas eidem Patri
 commendat, esse sancto Athanasio, dum ait: *Com-*
memorandum est Patri per se universos mortales in se
commendat, nos sumus membra eius secundum il-
lum dicitur: Omnes unum esus in Christo. Et qui-
 dem per septimum hoc verbum monere nos vo-
 luit, ut quilibet quantumvis sanctus in toto cur-

su vitae suae, & praecipue in articulo mortis de sa-
 lute sua timeat. Nam ut Beda refert demon mo-
 zientem Christo additit, sinistro crucis brachio in-
 sistens, ut videret an aliquid sibi juris circa
 morientem Salvatorem nostrum vendicare pos-
 set. (Sathan super brachium crucis sinistrum ex-
 titit, diligenter observans, an in animam e corpore
 Christi egressuram jus aliquid habere posset.)
 40. *Et inclinatio capite tradidit spiritum.* Joan.
 19. Ecce, & peccatores, in carnatum Deum no-
 strum mortuum, sed capite versus nos inclina-
 to; & quam mysticus est hic capitis gestus, in-
 quit Beatus Laurentius Justinianus cap. 20. de
 triumpho agone Christi: (Caput hoc, dum Passio-
 num ludibria & mortis supplicia pro hominibus
 pertulit Mediator, liquefecit ad misericordiam,
 flexit ad gratiam, inclinavit ad indulgentiam.)
 Porro Deus à nobis propter peccatum commis-
 sum faciem suam avertet, unde David dolebat,
 dicens: *Avertisti faciem tuam à me,* Psalm. 87.
 quia vero per mortem Christi cum Deo recon-
 ciliati sumus, faciem suam ad nos denuo conver-
 tit, & inclinatur: *Inclinatio capite.* Sanctissima Chri-
 sti anima veluti candidissima columba, in hoc
 abundanti sanguinis diluvio ab arca sacratissimae
 humanitatis egressa animabus in limbo consti-
 tutis, aeternamque felicitatem suspirantibus, &
 aspirantibus pacis olivam detulit: *Emisit spiri-*
tum, spiritum nimirum triumphantem, qui de
 tot mundi Synagoga, & demonis, peccati in fectis-
 simis inimicis debellatis & prostratis gloriosam
 retulit victoriam.

41. Enimvero ne post mortem quidem, in
 tam copioso sanguinis mari extingui aut suffo-
 cari potuit crudelis Hebraei barbaries, siquidem
 miles quidam ad extinctum Christi cadaver ac-
 cedens, latus ejus dextrum lancea percussit, ex eo-
 que vulnere simul manarunt sanguis & aqua:
Vulnus militum lancea latus ejus aperuit, et con-
tinuo exiit sanguis et aqua, Joan. 19. Ab hoc
 vulnere egressa sunt sacramenta, quae nobis fa-
 cta sunt animarum nostrarum antidota: *De la-*
tere tuo, ita loquitur sanctus Cyprianus, fons egre-
ditur in vitam aeternam profluens. Sacramenta in
perpetuum duratura et fons illius ubertas peren-
ni lapsu universam Ecclesiam rigat et fecundat.
 Ab hac quoque Paradisi porta, suam Ecclesia
 originem habuit: (Emisso spiritu Christus su-
 stinuit lancea perforati latus suum, ut exinde
 profluentibus undis, aqua & sanguine formare-
 tur unica, immaculata, ac virgo sancta mater
 Ecclesiae conjux Christi, sicut de latere primi ho-

Bedae
 hist. Eccl.
 cap. 72.
 lib. de E-
 wang. hist.

Clemens
 V. de sum.
 Trinitat.

minis soporati & va sibi in conjugium est formata.) Verum quemnam primum fuisse existimas? qui primos sanguinis ex hoc vulnere emanantis fauores est affecutus? Idem met qui ejusdem vulneris artifex & author fuit. Longinus enim, qui uno oculo orbatus erat, dum nonnulla sanguinis guttulæ à lanceæ cuspidè ad manum ejus usque dimanassent, manu sua hoc sanguine tincta & rubricata oculum tangens illuminatus fuit: (Longinus latus Salvatoris aperuit, & gutta sanguinis Christi, cum esset altero oculo privatus illuminatus est extra & intus lumine fidei, & per Apostolos baptizatus post longum tempus in eremo Episcopatus honorem, & martyrii coronam meruit.) Ita sanctus Isidorus & alii. Ehem quam immensa est crucifixi JESU bonitas & pietas? Eodem profus tempore quo offenditur, benefacit eum offendenti, & tantæ crudelitatis actui tanta benignitate, tamque insigni beneficio correspundet. Confundatur hic meritò, quis obstinatus inimico suo injurias perpeffas remittere detrectat. Hic quoque peccator de impetranda scelerum venia fiduciam concipiat, dummodo detestando peccata ad crucifixi pedes recurat.

42. Quod si igitur Marcus Antonius cruentam Cæsaris vestem Romanis demonstrans, acerbam in iis adversus Cassium & Brutum excitarit vindictam: abs te non erit, si ad accendendam in vobis adversus peccata, utpote quæ sola Christo crucifixo amarum hanc intulerunt mortem ejusque occisores fuerunt, justam vindictam vobis ob oculos statuat non jam cruentam & sanguine rigidam vestem, sed laceratam, lividam, & gelidi sanguinis brumis contactam crucifixi Domini nostri humanitatem. Aspice igitur quam peregrino modo crucifixus Dominus tuus ad hoc crudeli ligno suspensus hæreat, vide inter quot vulnera, plagas, pœnas, atque tormenta mori voluerit, ut vitam tibi impertiretur; Contemplate, ô anima, Deum tuum & considera, nam hoc sit venustissimum ejus & aureum caput: hæcne sint clara illa lumina, quæ omnium hominum serenabant corda; hæcne sint labia illa, quæ inter loquendum audientium animas celesti amoris igne accendebant; hæcne sint manus illæ, quæ totum fabricarunt universum, hæcne sint pedes illi, qui pro tua salute tantopere laborarunt; hocne sit terribilissimum illud pulchritudinis speculum, quod totum lætificabat Paradisum. Ah! vide in quam atrocem figuram Dominus tuus hodie redactus fuerit; cheu quam

sunt hæc vulnera acerbæ & funesta, Quodam ferrum, aut quæ trenculeta manus te, ô summum bonum meum, ad hoc atrociter percussit, & vulneravit? Tu, tu, ô peccator, tanta seculi artifex, imò carnis exilis. Tui causa tragum factus est oculis tuis spectaculum. Cum igne ipsimet quoque Hebræi suum recognoverunt errorem à se commissum, siquidem: *Reverebantur percutientes peccata sua*, Luca vigesima tertio. Tunc hodie illis deterior esse deprecandis? majorne peccus tuum in vultu crudelium, quam fuerit in animis Hebræorum? Abs, abs sit. Actum igitur veræ contritionis elicit, utrumque peccus percuto, cum Publicano viliorissime dicens: *DEVS propitius esto mihi peccatori*, Luca decimo octavo. Ego, ô animarum nostrarum Redemptor, cum Hebræis licet in sensu longe diverso replicabo: *Sanguis tuus super nos, & super animas nostras*, Mattæi vigesimo septimo, id est, virtus sanguinis tui in vultu nobis efficaciter applicetur. Considera item quod licet dici aut exprimi nequeat quantum pro te passus est Dominus tuus, attamen nullam tam emenda veris, debitaque cum gratitudine tantum beneficium compenses, longe majori tormento à te indubie sit afflicendus: *Oratio, vide quam pro te patior, non est dolus sine quo crucior, ad te clamo, quæ pro te morior*. *Vide quæ quibus afficior; vide clavos quibus confodior*. *Quis sit dolor tantus exterior, interior est planctus maris, cum te tam ingratum exaspero*. *Tu torpi peccator chamyde te exuere noluit; videtur me quæ ob tui amoris hic nudus hæreo*. *Tu a sperantibus dulcia amorosorum sagittarum mearum vulnera, atque ideo vide me à vertice capitis ad plantas pedis usque vulneribus sauciari*. *Tu coram tui januam aperire tenuisti, ecce me qualiter pro te peccus meum habeam ex lancea apertum*. *Veni igitur, ô peccator, & per meditationem hæc vulnera ingredere*: Hic sanguinem Redemptoris tui eum lachrymis tuis commisce, hic lava culpis mortalibus animam tuam, hic per lacrimas plora, hic lingue contitus. Ego, ô mi Redemptor, hic coram te in genua pro volutatis tui supplico, ut in testimonium obsecrare peccatorum nostrorum remissionis huic populo gratulalem quandam absolutionem impertias, quæ benedicere clementer digneris: *Benedictio Domini omnipotentis descendat super vos, & maneat semper vobiscum*. Amen.